

FRANCISCI SAMUELIS KARPE  
CAES. REG. PHILOSOPHIAE IN UNIVERSITATE VIENNENSI  
PROFESSORIS

INSTITUTIONES  
PHILOSOPHIAE  
MORALIS.

---

*PARS TERTIA.*

JURISPRUDENTIA UNIVERSALIS  
S E U  
DOCTRINA JURIS RATIONIS.

---

---

VIENNÆ  
SUMTIBUS CHRIST. FRID. WAPPLER ET BECK.

---

FRANCISCI GAMBIERIS LIBRI

DE MUSICOLOGIA ET MUSICOLOGIS. LIBER I.

EDITIONE SECONDA.

# PHILOSOPHIA

# MUSICOLOGICA

ET HISTORICA

LIBER I.

INTERPRETATIO UNIVERSALIS

U.S.A.

DE CANTO ET MUSICOLOGIA

IV

PARISIENSIS CHIRISTIANUS. LIBRARIUS.

1808.

INSTITUTIONUM  
PHILOSOPHIÆ MORALIS  
PARS TERTIA.  
JURISPRUDENTIA UNIVERSALIS  
S E U  
DOCTRINA JURIS RATIONIS.

INSTITUTIONUM  
PHILOSOPHICÆ MORALIS  
PARA TERTIÆ  
INSPERDIENDA UNIVERSITATE  
DOCTRINA IURIS NATURALIS

PROLEGOMENA  
AD  
JURISPRUDENTIAM  
NATURALEM.

1.)  
*Definitiones Juris et Justi, atque scopus  
Juris.*

§. 1.

*J*us (proprie acceptum, externum, doctrina Juris) est complexus legum practicarum, quæ vi sanctionis suæ externæ arbitrium hominum stringunt. Ejusmodi leges propterea *leges Juris* dicuntur, oppositæ *legibus virtutis*, suntque vel *nativæ* (naturales), quibus ipsa ratio humana sanctionem externam in potestate cogendi positam, vel *positivæ* (statutariæ), quibus legislator humanus sanctionem in potestate puniendi consistentem adjunxit; quare etiam *jus* vel *naturale*, vel *positivum* est. *Sanctio externa* in repræsentatione potestatis cogendi et puniendi (coactionis aut pœnæ positivæ) posita, non cadit in agendi consilia, sed tantum in

in quædam agendi genera, quæ sub sensum judiciumque aliorum cadunt, atque *Suo alterius* adversa sunt, ideoque *læsiones*, *injuriæ*, *actiones injustæ* dicuntur. Qui leges juris ex principiis suis ope nexus deducendi habitu pollet *Jurissciens*, qui etiam habitu potitur sub leges juris casus evenientes recte assumendi et ex iis dijudicandi *Jurisprudens* dicitur. Ex quo intelligitur quid sit *Jurisscientia* et *Jurisprudentia*, quodque utraque sit vel *naturalis* vel *positiva*.

§. 2. Cum leges juris etiam nativæ non efficiant, sed tantum indicent, quid sit justum et injustum, altioris indaginis quæstio est, quid sit justum, quid injustum, quo universali, stabili et per se evidenti charactere hæc a se invicem discernantur, qua quæstione Jurisconsulti non secus quam Logici, quid verum falsumve, sit interrogati, in angustias compelluntur. Quæcunque actiones externæ *Suo alterius* (nativo vel acquisito) adversæ sunt, eas *læsiones*, *injurias*, *injustas*, ceteras vero *justas* et *jure fieri* dicimus. Ratio potestatem facit eos cogendi et puniendi, qui alios lædere, Suum eorum violare tentant, vel alios jam læserunt, Suum eorum violarunt, et damnum illatum reparare recusant; quare actiones externæ, quæ non sunt conjunctæ cum læsione aliorum, cum violatione Sui aliorum, sunt *justæ*, quibus vero alii in *Suo* turbantur et violentur, *injustæ* sunt. Leges itaque juris verae sunt, quibus Sui aliorum turbatio et violatio interdicitur, et Jus etiam recte per scientiam justi et injusti, non vero per scientiam æqui bonique definitur, atque hunc finem sibi propositum habet, ut securitas et

pax

pax inter homines sive solitarie, sive in societate viventes obtineat, sine qua ceteris suis necessariis et fortuitis finibus vacare non valent.

2.)

*Suprema Juris lex, supremum justi criterium.*

§. 3. Agendi genera per leges juris, adeoque per legislationem rationis juridicam definita dicuntur etiam *officia juris seu externa*, et facultates seu partes potestatis externe agendi per leges et officia juris non restrictæ, dicuntur *jura externa*, quia ejusmodi officia et jura tamquam actiones sub sensum cadentes dijudicare et vi extorquere licet; quare *Jus seu Jurisscientia* etiam scientia officiorum et jurium externorum inter homines dici potest. Quodsi itaque juris leges et justi judicia *probari*, i. e. ex principiis certis evidenti nexu deduci possunt, possibilis est scientia juris et justi seu Jurisprudentia naturalis, quæ officia et jura hominum externa tradat. Ut jura et justitia ab usurpationibus et injuriis discerni possint, inquirendum est, quodnam sit omnium legum juris *supremum principium*, i. e. quæ sit lex juris suprema, et quodnam sit summum omnis justi criterium? Homines in terra convivæ, potestatem suam externe (extra se) agendi ad ea genera restrin gere tenentur, ut tamquam personæ in communi illo domicilio persistere, atque in pace degentes cultui et saluti suæ operam dare possint. Hæc agendi genera justa esse et jure fieri, contraria vero injusta esse, et contra jus suscipi dicuntur.

§. 4.

§. 4. At quonam criterio hæc actionum exteriorum genera invicte agnoscuntur, adeoque ab injuriis evidenter et irrefragabiliter discernuntur? Certe non alio magis quam isto vetustissimo: aliis actionibus externis alios nullo modo lædi, adeoque in perfectionis suæ studio impediri, aliis vero Suum aliorum aperte turbari et violari; quare illud antiquissimum: *ne minem lèdas, finito cuique Suum,* exhibit summum omnis justi criterium, atque conditio illius status est, sine quo homines in terra convivæ esse, atque culturæ et saluti vacare non possent; qui illud sequuntur, reapse et omnimode suam externe agendi potestatem ad eam conditionem restringunt, ut cum pari aliorum agendi potestate consistere queat, produntque animum socialem, qui transgrediuntur, animum infsocialem et hostilem produnt, atque adversus se instinctum defensionis et ultiōnis concitant.

## 3.)

*Juris universalis partitio et usus.*

§. 5. Partitio juris naturalis, ne mēre arbitria sit, essentiali jurium naturalium discrimine tamquam vero et idoneo fundamento nisi debet. Cuncta vero naturalia jura, quorum complexus systematicus jus naturale constituit, sunt vel simpliciter vel tantum comparative universalia; quare jus naturale est etiam jus per excellentiam universale. Hoc vero jurium naturalium universalium discrimen maxime obvium, luculentum et notatu dignum est, quod jura sunt vel privata seu status juridici privati, vel

vel publica seu status juridici publici cuiusmodi jura certe illa non sunt, quæ sunt auctoritate publica promulgata, verum tantum illa. quæ a natura, i. e. rationis legislatione juridica in civitate inter imperantem et subditos vel inter civitates seu gentes locum habent; quare jus naturale seu universale vel est privativum, vel publicum (jus positivum seu statuarium est tantum particulare, atque pariter vel privatum, vel publicum). Jus universale privatum vel est extrafocale, sive absolutum sive hypotheticum, vel sociale societatis juridicæ minoris, hocque porro vel societatis juridicæ minoris generatim cum æqualis tum inæqualis, tum speciatim societatis domesticæ conjugalem, parentalem et herilem complexæ. Jus vero universale publicum est vel jus naturale civitatis (jus civitatis internum), vel jus naturale gentium (jus civitatis externum). Nulla alia juris naturalis distributio partes et membra hujus scientiæ lucidiori ordine, continuatione et proportione exhibit.

§. 6. Usus Jurisprudentiæ naturalis plane insignis et universalis est uti Ethices seu doctrinæ virtutis, adeoque ejus studium nullatenus tantum ad jurisprudentiæ positivæ et politices studiosos restringendum. In omni Jure positivo cum publico, uti est Jus ecclesiasticum, et civitatum singularium tum privato, uti est civile, criminale, cambiale &c. in singulis civitatibus opus est solida Juris naturalis, cum privati tum publici cognitione ad illas juris positivi species, sive constituendas sive emendandas. Præterea Theologiæ et Ethicæ christianæ interpres, et cultor pleniori Juris naturalis cognitione vario-

re-

respectu carere nequit. Quod si mutua Imperantium, subditorum et civitatum jura et officia satis cognita sunt et vindicata, non facile in periculum constitui poterunt, sive per usurpationem et oppressionem, sive per inobedientiam et seditionem, quia ejusmodi injuriæ nullo praetextu celari possunt, adeoque universalem abominationem commovent. Ad juris naturalis cognitionem scientificam adducti convincuntur, non nisi in statu civili jura humanitatis sarta tecta conservari posse, salutem hominum et populorum, auctoritatemque imperantium nullum majus firmamentum et praesidium habere, quam observantiam jurium hominibus et populis competentium; quare Juris universalis seu naturalis, tum privati tum publici cognitio solida non tantum Jurisconsulto et Politico, verum etiam religionis et scholarum Magistro, praeterea Medico, Oeconomico et cuivis eruditio homini varia ratione necessaria est, ne in rebus juris naturalis judiciis suis in transversum agantur, adeoque studium ejus ad portionem viæ academicæ communis, i. e. ad studium philosophicum referendum est.

RUDIMENTA SYSTEMATIS  
JURIS RATIONIS SEU PHILOSOPHICI.

JURIS NATURALIS SEU UNIVERSALIS  
PARS PRIMA  
JUS UNIVERSALE PRIVATUM.

*Juris universalis privati notio et partitio.*

§. 7. Jura hominum naturalia sunt, vel privata vel publica; priorum complexu status juris privatus et jus naturæ privatum, posteriorum vero complexu status juris publicus, in quo Imperans et subditi, populique ac civitates invicem tamquam *res publica* versantur, atque Jus naturæ publicum continetur. Jura *Meum* et *Tuum* concernentia privata duplicis sunt generis; *alia* enim singulis hominibus, quin jam tamquam membra societatis minoris spectentur, *alia* vero iis convenienti, quatenus tamquam membra ejusmodi societatis maxime domesticæ, quæ conjugibus, parentibus et liberis, atque heris et famulis constare solet, considerantur. Tradit itaque jus universale privatum eas juris leges, sine quibus Meum et Tuum esse non potest, estque vel extrafocale vel sociale.

## JURIS UNIVERSALIS PRIVATI

## PARS PRIOR

## JUS PRIVATUM EXTRASOCIALE.

## PRAECOGNOSCENDA.

1.)

*Homines etiam solum qua tales invicem considerati juribus gaudent.*

§. 8. Simul ac plures homines in globo terraquo positos cogitamus, eos etiam certis juribus præditos cogitare necessitamur, quæ sint omni alia arctiore ipsorum conjunctione priora. Ejusmodi jura certe illa sunt, sine quibus homines tamquam personæ in terra, communi domicilio, degere non possent.

2.)

*Ejusmodi jura sunt vel absoluta vel hypothetica.*

§. 9. Homines solum qua tales considerati obligantur sociales esse, i. e. in terra communi domicilio ita se gerere, ut tamquam personæ et fines in ea persistere possint, sunt itaque solum qua homines considerati illo sensu in statu sociali positi, atque ante omnem superadditam societatem juribus gaudent, quæ sunt vel absoluta vel hypothetica posito aliquo obligatorio facto enascentia.

CA-

# CAPUT PRIMUM.

## *De juribus hominum extra socialibus absolutis seu connatis.*

### *Tractandorum ordo.*

§. 10. Jura quibus homines qua tales præditi intelliguntur nihil præter præstantiam et dignitatem naturæ humanæ requirunt, et *Suum cuiusque connatum spectant*, quare *absoluta*, *connata*, *primitiva*, atque *jura hominum seu humanitatis per excellentiam* dicuntur. Juris interpres hæc jura a suo essendi principio evidenti nexu et ordine deducere, atque cum horum jurium complexus, status naturæ absolutus sensu juridico dicatur, hujus status indolem investigare et eruere debet.

### I.

## *Principium essendi jurium humanorum primitivorum indicatur.*

§. 11. Sunt quædam jura hominum per se patentia, ex quibus vero cetera jura velut rami et frondes ex stirpibus et radice efflorecunt; hæc jura rationem essendi ceterorum constituunt.

MUMIUS TURAC  
I.)

Radix omnium jurium humanorum.

§. 12. Quamquam homines in terra convivæ sœpe valde a se invicem differant, essentialem tamen illum characterem, in ratione nomothetica, voluntate libera et perfectibilitate positum, communem habent, adeoque hoc respectu pares sunt. Vi hujus characteris cuivis homini competit jus, ut alii eum non velut rem, velut merum medium, sed velut personam, et velut finem per se considerent et tractent. Ex hoc primigenio et per se evidenti jure, quod brevitatis causa *Jus personalitatis* appellare licet, tamquam *ex germine aut radice omnis juris*, omnia et non nisi vera hominum jura conata legitimo nexu deduci possunt. Hoc jus conditio et fundamentum est omnis Mei et Tui inter homines, cujus tuendi et promovendi causa conditæ sunt civitates, quarum justa constitutione velut mechanismo juris custodia manuteneatur et vindicetur.

## II.)

Stirpes omnium jurium humanorum.

§. 13. Ex illo personalitatis jure, tamquam *radice et sigillo omnium jurium humanorum*, immediate duo primaria et per se patentia jura prodeunt, nimirum jus vitam et integritatem corporis conservandi, et jus statum suum internum et externum emendandi et perficiendi, ex quibus velut ex duabus stirpibus omnia cetera magis determinata jura velut rami et frondes efflo-

efflorescunt. Utrumque hoc hominis studium, nimirum se incolumem conservandi et se perficiendi, ad prima naturæ humanæ, atque uti conservatio et perfectio ad necessarios rationis et voluntatis humanæ fines pertinet. Quos fines omnium jurium causas, ut eo certius consequentur homines, civitates condiderunt, ut constituta summa et irresistibili potestate non libido et bellum, sed jus et pax in terra dominaretur.

1.)

### *Jurium ex prima illa stirpe efflorescentium recensio.*

§. 14. Ex prima illa jurium humanorum connatorum stirpe, nimirum ex jure ad vitæ et incolumentatis conservationem tamquam ceterorum hominis bonorum conditionem immediate eluescunt:

1. Jus securitatis, jus defensionis et jus inculpatæ tutellæ, i. e. jus se contra læsionum pericula muniendi et armandi, imminentibus læsionibus vi obnitudi, atque aggressorem vitæ ejusque mediorum violenter repellendi, et servato moderamine inculpatæ tutellæ plane occidendi.

3. Jus fruendi bonis communibus uti sunt, aér, aqua, lux solis e. s. p. jus rebus, quæ adhuc nullius sunt, sine aliorum læsione utendi, et jus extremæ necessitatis, i. e. jus alteri non vitam, si nostræ non est aggressor, sed tantum bona quædam externa v. g. panem, gladium, equum, cymbam afferendi, si hoc est unicum vitæ nostræ conservandæ medium, neque alter hoc modo in par periculum constituatur.

3. Jus libertatis externæ. Est jus libertatis externæ jus absque læsione aliorum externe agendi, quæ velis. Est hoc inæstimabile bonum et naturale desiderium esse suum et suæ spontis, sui arbitrii in iis, quæ neminem lædunt. Libertas hoc sensu pertinet ad 70 connatum hominis, gaudetque is jure externo in omnes actiones externas cum nullius læsione conjunctas, atque in his non ab aliena, verum a propria voluntate dependet, abstrahendo a finibus civitatis et educationis.

§. 15. Ex hactenus dictis jam dijudicari potest, an illud effatum rationis: potestatem tuam externe agendi ita exerce, ut is usus cum aliorum ejusdem potestatis usu conciliari et consistere possit, pro principio, scopo et sphæra omnis naturalis inter homines juris haberí possit?

2.)

### *Jurium ex altera illa stirpe enascentium recensio.*

§. 16. Ex altera illa stirpe jurium humana-  
rum connatorum, nimirum ex jure statum suum  
internum emendandi et perficiendi, quo maxi-  
me hominis tamquam personæ præstantia et  
finis cernitur, immediate elucescit:

1. Jus mentis suæ vires adhibendi et ex-  
colendi, animique sui inclinationibus et studiis  
satisfaciendi, jus in judicando vero et falso,  
recto et pravo propriæ intelligentiæ et con-  
scientiæ luminibus et dictaminibus obsequen-  
di, jus cogitata sua aliis communicandi, Deo-  
que eum cultum exhibendi, quem ei deberi

ip-

ipse judicaverit, si his rebus aliorum jura nullo modo violet.

2. Jus nativæ bonæ famæ seu existimatio-  
nis, i. e. postulandi, ut alii nos pro justis ha-  
beant, quamdiu compertum non habent, nos  
facta injusta commisso; quare alios lædunt, qui  
illis eum, qui cuique homini debetur, honorem  
simplicem denegant, injuriamque committunt,  
qui innocentem, i. e. eum, qui non nocet,  
non lædit, solum propter naturæ vitia vel for-  
tunæ mala, vel suspiciones temere susceptas  
dictis, gestibus vel factis ignominiosis vel con-  
tumeliosis persequuntur.

3. Jus justæ ignorantiae, jus nativæ im-  
munitatis ab erroribus nobis damnosis; quare  
injusti sunt, qui aliis ignorantiam invicibilem,  
adeoque inculpabilem imputant, qui alios men-  
dacio aut simulatione in errores damnorum fe-  
races inducunt. Quamquam enim vi juris natu-  
ralis nulla est obligatio alteri id, quod quis scit,  
voce vel gestu aperiendi, quia tacendo et dis-  
simulando, si rem universè spectemus, nemini  
fit injuria, est tamen obligatio plane evidens  
vitandi locutiones et simulationes, quæ ad aliis  
imponendum et nocendum tendunt.

## II.

Indoles status naturalis absoluti in-  
quiritur.

### PROOEMIUM.

§. 17. In statu naturali sensu juridico vi-  
vunt vel vivere concipiuntur, qui et quatenus

non vivunt sub imperio civili. Cum civitates et imperia primum facto humano exorta sunt, cogitare licet homines civitatibus priores et nondum sub imperio positos. Imperantes et civitates imperio non subsunt; quare status naturae sensu juridico non est status fictus, uti vectis mathematicus; in ejusmodi statu vixerunt homines et familiæ ante ortas civitates et vivunt continuo imperantes et civitates, invicem comparatae. Complexus jurium externorum, quæ personis singularibus et moralibus extra imperium civile positis vel consideratis competent, constituit statum naturalem sensu juridico acceptum, qui adeoque vel absolutus, vel hypotheticus est, jura vel connata, vel acquisita innuens.

## I.)

Status naturae absolutus est status negativus, status æqualitatis libertatisque atque status negativæ rerum communionis.

§. 18. Homines singuli, familiæ, patriarchatus, gentium stirpes, gentes et civitates in statu naturali absoluto considerati cogitantur tamquam personæ, quæ in globo terraquo existunt atque communi se conservandi et perficiendi instinctui et consilio operam dant; quare:

1. Homines in statu originario seu naturali absoluto considerati, quemadmodum populi seu civitates ante confœderationes mutuo non præstationes, sed tantum omissiones exigendi et recusatas vi extorquendi jus habent.

2. In statu hominum et societatum minorum originario, uti inter civitates, nullus datur legislator, nullus judex, adeoque perfecta libertas seu independentia ab imperio et subjectione, quæ facta humano orta sunt, atque iurium æqualitas locum habet, ita ut nihil aliis super alios sibi adrogare liceat. At hominum pauci sapientes, fortes, periti, plurimi rudes, formidolosi et imperiti sunt, an hæc ipsorum imparitas non indicio est illos ad imperandum, hos vero ad obediendum et serviendum a natura factos et destinatos esse? Cum vi contenditur inter sapientes et robustos hos fere semper victoria potiri confiat; at nec ingenii, nec lacertorum robur per se jus includit aliis imperandi, et a recusantibus obsequium vi extorquenti. Imperia a ratione imperata voluntate demum hominum securitatem et salutem expetentium invaluerunt.

3. Cuivis hominum competit in statu naturali jus æquale utendi rebus in medio positis; quamquam enim in statu naturali res ad omnes pertineant, tamen nullius proprie censi possunt, sed cedunt primo occupanti, qui facta occupatione non tantum possessione sed etiam proprietate gaudet; quare communionem primævam non positivam sed negativam fuisse statuendum est, in qua omnibus in omnia sine ulius exclusione jus competit.

Status naturalis civili oppositus, non est natura sua status juris et justitiae expers et violentiae plenus.

§. 19. Est statutus naturalis seu de jure naturali vel privatus, in quo existunt singulæ minores societates et gentium stirpes, vel publicus, in quo civitates, imperantes et cives et integræ gentes ac civitates mutuo versantur; quare originarius naturæ status inter homines erat privatus, qui natura sua non magis quam publicus juris et justitiae expers, uti Hobbesius eum repræsentat, cuiusmodi esse solet in civitate anarchica sublato violenter imperio, quam statutus perfectæ benevolentiae et amicitiae cum Puffendorfio et Cumberlando cogitari potest. Quamquam enim qui in statu naturali vivunt, libertate faciendi quæcunque placent et jure utendi omnibus, quæ et in medio posita sunt gaudent, hoc tamen jure non statim abutentur in detrimentum aliorum, quos naturæ communitate sibi junctos vident, nec adeoque propter pacis desiderium et suavitatem odii et hostilitatis causas excitabunt. Natura eorum, qui nondum sunt per varias causas corrupti, non fert, ut ad nocendum aliis proclives sint, si etiam ad opitulandum non satis proni et habiles essent. Quod sibi fieri nolunt, aliis quoque non faciendum, i. e. alios non lædendos esse, facile agnoscent, et in regula certe observabunt homines ad belluarum conditionem nondum depressi.

§. 20. Opponitur statui naturali status civilis, qui longe accommodatior est ad secu-

ritatem conservandam et ad culturam et com-  
moditatem promovendam. Sunt enim civita-  
tates bene ordinatae et administratae ejusmodi  
instituta, adeoque res persanctae, per quae ef-  
ficitur, ut homines ab infantia etiam sine vo-  
luntate moraliter bona habitum contrahant, quo  
velut nativo instinctu legibus justitiae obtempe-  
rent. Quamvis vero status naturalis jam diu  
non regula sed tantum rarius casus sit, doctri-  
na tamen de hoc statu supervacanea non est;  
datur enim adhuc inter civitates et imperantes et  
singuli homines in deserto, et etiam in statu civili,  
ubi magistratus implorari nequit, in enim in-  
viti incidere possunt; neque sine illa doctrina  
de origine et juribus officiisque status civilis  
recte judicari potest.

## A M A N T O I T E R Z

**C A**

# CAPUT ALTERUM.

*De juribus hominum extra socialibus  
hypotheticis seu acquisitis.*

---

## *Tractandorum designatio.*

§. 21. Quamquam primitiva hominum iuræ titulos connatos seu leges contineant alia iura acquirendi, accedere tamen debent facta seu actiones, per quas legitima seu justa acquisitio peragatur, i. e. id, quod meum non est, meum efficiatur, quod propterea acquisitum dicitur. Modi acquirendi iura sunt vel originarii, vel derivativi, iura acquisita competit vel in respectu ad certas res, vel certas personas, illa *in re vel in rem*, hæc vel *in personam vel ad rem* dicuntur.

## SECTIO PRIMA

*De modis acquirendi iura originariis.*

---

### *Acquisitionis originarie objecta et modi.*

§. 22. Acquiruntur originarie, quæ adhuc nullius sunt; quare tantum iura in res non vero in personas et ad res originarie acquiri possunt. Modi acquirendæ rerum proprietatis seu dominii sunt: occupatio, specificatio et accessio naturalis.

## I.

## De natura dominii generatim.

## I.)

Dominii notio constituitur et materia recensetur.

§. 23. Juris interpretes *Suum* et *Proprium hominis* duplex nimirum *internum* et *externum* distinguunt. *Suum* et *Proprium* alicuius hominis et in ejus dominio positum universo omne illud dicunt, de quo pro libitu exclusis aliis disponendi ei facultas competit. Ad *Suum* et *Proprium* cuiusque *internum* seu *naturale*, connatum pertinent: ejus vires, potestas iis quavis, qua aliis non nocetur ratione utendi, præterea jus bonæ existimationis et jus non patiënti, ut alii ei fallendo aut simulando noceant. Ad *Suum* cuiusque *externum* et *acquisitum* pertinent res sensu juridico acceptæ maxime corporeæ, de quibus quis pro libitu disponendi jus habet; quare ad dominium *externum* non personæ sed tantum res corporeæ aliorumque obligationes (*Schuldigkeiten*) aliquid faciendi (*operæ*) vel patiënti (*res incorporeæ*) pertinent. Neque vero etiam omnes res corporeæ eo referri possunt, sed tantum illæ, quæ sunt exhausti usus, quasque homines cum exclusione aliorum in custodia detinere valent; quare oceanus in nullius populi dominium cadit, adeoque omnium usui expositus est.

## II.)

A statu hominum absoluto proprietatem rerum externarum seu dominium particulare ex

ulare ostenditur.

§. 24. Quod homines hujus terræ incolas fecit Numen divinum, sine dubio etiam voluit, ut quidquid usquam deprehenderetur, id ad usus et commoda sua vel assumerent, vel arte et vi cogerent. Neque sane parcum fuit in terra bonis ornanda, quæ ad humanos usus converti possent; non enim solum necessitatibus humanis providit, sed etiam deliciis prospexit, ut minime verendum sit, ne non possit aliquando alere suos incolas terra.

§. 25. Cum vero primum homines, quos duos fuisse constat, in hac terra tamquam in augusto aliquo domicilio positi essent, hique procreavissent alios, novam sobolem mox progenituros, nihil in hoc toto orbe ita cujusquam erat, ut non et alterius esse potuisset, modo prior injecisset manus; tanta erat rerum abundantia, ut exigua earum pars a tam paucis consummi posset. Itaque omnia omnibus communia erant, donec aliquis occupasset atque ad usus suos transtulisset. Hic hominum et terræ status, in quo omnia omnibus erant exposita et nihil singulorum proprium, nisi cum eo ute-retur, recte *communio rerum negativa* ap-pellatur.

## II.

## De origine dominii rerum terrestrium.

## Continuatio.

§. 26. Hic rerum status tamdiu mansit, quam numerus hominum passus est, perpetuus utique mansurus, si sine generis humani pernicie permanere potuisset: At cum aucto in immensum genere humano res sponte natæ non suffecerant omnibus, necesse erat eas industria et arte multiplicare et producere. Sed cum multi ignavia torpescerent et tamen vivere vellet, necesse erat, ut diligentiores res omnis generis in futuros usus apprehenderent, affervarent et animo tamquam proprias habendi signarent et detinerent, i. e. possiderent.

§. 27. Cum itaque a natura non dentur res singulorum propriæ et in nonnullorum speciali dominio positæ, sed omnes sint vacuæ et nullius propriæ, nunc vero jam pæne nullæ res vacuæ et nullius existent, inquirendum est, quo jure homines efficere potuerint, et qua actione reapse effecerint, ut res quæ adhuc vacuæ et communes erant, propria et singulorum fierent, nec alii sine illorum voluntate et concessu iis juste uti possent, i. e. quo titulo et modo rerum dominia introducta sint inter homines, hi que earum domini effecti sint?

**Titulus legitimus originariæ dominii acquisitionis.**

§. 28. Quæstionem quo jure ab hominibus priscis primæva bonorum communio sublata rerumque proprietas seu dominium introductum sit, juris interpretes varia ratione solvunt.

§. 29. Alii jus illud priscorum hominum res adhuc communes imposterum proprias sibi habendi, ex jure connato se conservandi et perficiendi efflorescere contendunt. Quamdiu enim homines pauci, media vero se conservandi multa prostabant, nulla necessitas res sibi appropriandi existit, postquam vero illa hominum et rerum utilium ratio inverti cepit, nata est necessitas, res in futuros usus apprehendendi, producendi et asservandi, easque vi juris se conservandi et perficiendi tamquam proprias habendi et detinendi.

§. 30. Alii priscos homines tacito consensu communionem primævam sustulisse, certasque superficie terrestris regiones cum rebus ibi positis hoc modo sibi proprias effecisse asserunt. Sed ad tollendam illam, quæ non positiva verum negativa tantum fuit, rerum communionem aliorum consensus non requiritur, præterea non modo fictus est, verum etiam si reapse fuisset, per se vim non habuisset posteros obligandi, nisi subintelligeretur ille prior titulus, quo positivo vero plane superfluuus est ille consensus.

§. 31. Alii denique rerum dominia uti nunc sunt pro effectu societatum civilium habent contenduntque, antequam civitates et imperia civilia existarent, nulla vera sed tantum pre-

provisoria et quasi dominia rerum existisse. At civitates et imperia homines non considerunt, ut rerum dominia acquirerent, verum conservarent. Non securitas, verum titulus acquirendi, dominii essentiam constituit. Civitates ipsae titulum legitimum proprietatis et dominii habere debent, ut eas *res jure possidere* pateat.

## II.)

Modus legitimus originariæ rerum acquisitionis.

§. 32. Quamquam vero homines illi prisci jure gaudebant connato, res nullius suis usibus particularibus cum perpetua aliorum exclusione subjicendi, adeoque earum proprietatem et dominium acquirendi, non tamen hac causa ipsa jam rerum acquisitio peracta intelligitur. Quare inquirendum porro est, *quo legitimo modo*, i. e. qua justa actione res vacuae et nullius *characterem* propriarum et *signum* rerum alicujus nactae sint, qua ratione et operatione res adhuc vacuae jam propriæ esse ceperint et pergant? Sola cogitatio aut intentio ejusque declaratio, se rebus vacuis indigere ad sui conservationem et perfectionem ab eo concepta et facta, qui indubitatum habet jus res utiles sibi proprias efficiendi, non est medium et ratio sufficiens res ipsas pro jam acquisitis et propriis habendi.

§. 33. Quod si vero quis rem adhuc vacuam, vel *primo* ita in potestatem suam physicam redigit, ut alios ab ejus usu excludere valeat, quod *occupatio* universe, atque pro diversitate rei immobilis, vel mobilis, inanimatae, vel animatae *occupatio strictius*, *inventio*, *venatio*, *piscatio*, *aucupium* appellatur; vel *se-*

cun-

*cundo* rem ejusmodi cum eo, quod reapse jam suum est, nimirum cum suæ industriæ et artis effectibus ita conjungit, ut alter eam rem apprehendere nequeat, quin illos effectus afferat vel lædat, quod *specificationem* juris interpres appellant; vel denique *tertio* res suapte natura augentur, quod *accessionem naturalem* vocant, his factis tamquam mediis sufficientibus res acquiri, et tamquam signis certis eas jam proprias et dominio subjectas esse indicari contentum est.

## III.

## De juribus ex rerum dominio nascientibus.

## I.)

## Jura ususfructus, possessionis et vindicationis.

§. 34. His primo præcipuis juribus vis dominii cernitur, ut dominus re sua uti et frui seu ejus usufructu potiri, adeoque rei substantiam in potestate physica, animo eam suam habendi detinere, hinc proprietatem rei *possidere*, (possessionis species recensentur) atque amissam a quolibet, vel detentore vel possessore *probato dominio* repetere, i. e. *vindicare* valet; in quo casu a possessore bonæ fidei tamquam a Domino putativo nihil nisi residuorum restitutionem; a possessore vero malæ fidei etiam lucri cessantis et damni emergentis resarcitionem petendi jus habet.

## II.)

## II.)

Jura limitandi et alienandi rerum suarum dominium.

§. 35. Deinde etiam hoc ad essentiam dominii pertinet, ut domino de re sua omni possibili modo libere disponere liceat. Valet nimirum verus dominus *jure plenum* suum dominium varia ratione *limitare* aliis vel condominium, vel dominium utile, vel directum vel emphyteusim concedere; valet res suas *jure variis servitutibus* obnoxias reddere, *positis* in obligatione, aliquid in re sua agendi vel patiendi in emolumentum aliorum; easque aliis *oppignorare* iisque *jus anticreticum* concedere &c.; valet denique res suas meliores, deteriores efficere, desiruere, derelinquere, alienare.

## III.)

Jura circa varias rerum propriarum accessiones.

§. 36. Incrementa, quæ capiunt res in aliquius dominio positæ, *accessionis* nomine veniunt, quæ vel est naturalis vel industrialis, vel casuialis, vel mixta. Circa accessionem naturali turalem valet illud romanum simpliciter: *accessorium sequitur principale*, circa casualem tantum sub conditione, si incrementum sit incertæ originis secus vero res domino restituenda (*jus littoris*). Circa accessionem industrialem, qua materia ad materiam, vel forma ad materiam accedit, hæc regula valet, ut is, qui sine culpa est indemnus servetur, alter vero damnum pati debeat.

## SECTIO ALTERA.

De modis acquirendi jura derivatis.

*Genera horum acquirendi modorum.*

§. 37. Quoniam a natura homini non competit jus perfectum, postulandi, ut alii ei aliquid *præstent*, i. e. aliquid ei aut dent faciente, aut in ejus favorem omittant patientur. Quare facto quodam perfecte obligatorio opus est, ut intelligitur, ei in alios aliorumque res jus perfectum competere. Ad ejusmodi facta alii tantum pacta et læsiones, alii vero etiam *præscriptiones* et *testamenta* referunt.

## ARTICULUS PRIMUS.

De pactis tamquam jurium et obligationum externarum causis.

### I.

De externa pactorum obligantia universo.

#### I.)

Conceptus pacti exponitur.

§. 38. An homines volentes, i. e. suo consensu aliquid de *re* suo, quædam sua jura cum effectu juris in alios transferre, *ideoque alienare* valeant, res est in jure universo plane indubitata. Est vero *consensus seu voluntas propositum* aliquid effectui dandi, qui cum sit ex actionum internarum numero, *declarari*, i. e. fig-

signis certis et ad intelligendum sufficientibus manifestari seu indicari debet, ut certus sit et effectus juridicos pariat. Declaratio voluntatis sufficiens alteri aliquid praestandi, aliquid de <sup>re</sup> suo in alterum transferendi, dicitur *promissio*. Subinde declaratio voluntatis plane anceps aut ita comparata est, ut per dicta et adjuncta palam sit, nullum esse firmum propositum ceptum, vel per consilium ceptum, v. g. libri edendi, eleemosynæ statis temporibus dandæ, auxilii praestandi, nullam obligationem perfectam suscepit esse, ejusmodi declarationes, quas *pollicitationes* vocant, promissionum vim non habent, i. e. ex iis nullum jus perfectum natum et quæsumum est.

§. 39. Cum pro moraliter certa haberi debeat voluntas, quæ ab altero sufficienter declarata est, sequitur inde, ut sufficiens voluntatis declaratio ipsi voluntati æquipollere, adeoque quisque reapse id velle censeri debeat, quod se velle sufficienter verbis vel factis declaravit; quare alter rationabiliter idem velle, quod alter promittit, i. e. consentire incipit; qui autem consentit in promissum sibi factum, i. e. voluntatem sufficienter declarat pro suo habendi, quod alter promittit, *acceptare* dicitur. Promissio acceptata *pactum* constituit.

## II.)

**Fundamentum officii et juris perfecti pacto nati et quæsiti inquiritur.**

§. 40. Juris interpres quamquam pactorum necessitatem inter homines ab obligatione ea servandi, et officium ea servandi ethicum a ju-

ridico distinguunt, tamen in assignando fundamento obligationis perfectæ, quæ pactis insit, dissentient.

## 1.)

*Fundamenta insufficientia afferuntur.*

§. 41. Mendelsohnii probatio, pacto obligationem imperfectam seu ethicam in perfectam seu juridicam converti, petitionem principii, quam vocant, involvit, atque etiam pro parte suppositione falsa nititur. Quis enim concedat, nos semper ante pactum imperfecte ad id obligari, ad quod inito pacto perfecte obstringimur?

§. 42. Garvius perfectam pactorum obligationem ex eorum necessitate ad negotia in societatibus civilibus gerenda rerumque commercium fundandum et promovendum efflorescere contendit. Sed cum ipsæ societas civiles pacto fundantur, pactorum vim juridicam societate civili priorem et latiorem esse facile intelligitur.

§. 43. Federus propterea pacta servanda esse afferit, quia ius in jūtus foret, qui exspectationem, quam pacto in altero excitavit, frustraretur, adeoque etiam petitionem principii committit, cum id ipsum quæratur, cur ius in jūtus esse, et alterum lādere censendus sit, qui fidem pacto datam non exsolvit.

## 2.)

*Fundamentum sufficiens eruitur.*

§. 44. Pacta valida perfectam pariunt obligationem præstandi, quod in iis promissum est,

est, cuius causa evidens hæc est, quod per pac-  
tum id, quod prius ad  $\tau\sigma$  suum promittentis  
pertinuit, nunc ad  $\tau\sigma$  suum acceptantis perti-  
neat. Unius enim volo et valeo jus aliquod  
transferre in alterum, est ratio sufficiens efficien-  
di, ut jus illud reapſe in alterum tranſeat. Cum  
vero per denegationem ejus, quod ad  $\tau\sigma$  alte-  
rius pertinet, alter lædatur, nullo negotio in-  
telligitur, officium pacta servandi perfectum  
esse, cum in suo alterius fundamentum habeat.

§. 45. Poteſt quidem promittens ſibi reſerva-  
re facultatem pœnitendi, aut quoad determina-  
tum tempus, aut ad dies vitæ. At ut ejusmo-  
di facultas reapſe locum habeat, expressa vo-  
luntatis declaratione reſervanda eſt; quare gra-  
viter errant, qui aut a pacto recēdere universe  
licere, modo alter indemnis feruetur, aut pac-  
ta non niſi facta traditione vel præſtatione pro-  
missi adimpieta jus perfectum producere, aut  
valorem pacti voluntatis declaratæ conſtantia,  
adeoque ſuæ cuiusque ſentiendi rationis perſe-  
verantia niti, hinc mutata ſentiendi ratione vo-  
luntatem mutari, et hac velut cauſa obligationis  
ſublata etiam vim pacti ceſſare contendunt.

## II.

### De principiis valorem pactorum juridi- cum definientibus.

§. 46. Hæc principia *primo* requiſita validi  
pacti, *deinde* personas, quæ valide pacifci, ac ro-  
bur obligationis ex pacto oriundæ, *denique*  
pactorum interpretationem concernunt.

I.)

Quæ sint pactorum validorum requisita?

§. 47. Evidentia pactorum validorum requisita duo sunt, nimirum præstationis possibilis-tas et consensus veritas.

1.)

### *Præstationis possilitas.*

§. 48. Imprimis id, ad quod præstandum quis vi pacti teneatur, omnimode possibile esse debet. Cujus enim rei præstatio vel cogitandi, vel morum, vel naturæ legibus adversa est, ejus nec promittendæ nec acceptendæ voluntas et jus esse potest.

2.)

### *Consensus veritas.*

§. 49. Deinde verus adeoque liber, mutuus et utrinque sufficienter declaratus consensus in idem adesse debet. Consensu enim, qui est propositum firmum *unius* aliquid determinatum alienandi et *alterius* idem acquirendi, essentia et valor juridicus pacti continetur. Consensus itaque abeit:

1. Si ad oblationes et propositiones approbatio nondum accessit, aut voluntas promitten-tis ante acceptationem revocata fit.

2. Si quis per injusias alterius partis ac-tiones aut *a)* per dolum, quo falsum vel de-liberate dicitur vel occultatur, aut *b)* per mi-nas aut inflictionem mali intolerabilis ad pro-mittendum permotus fit.

3.)

3. Si conditiones, quibus consensum adstrinxit, expressæ vel naturales impletæ non sunt.

II.)

Quinam valide pacisci valeant, atque an vis obligandi omnibus pactis par insit?

§. 50. Valide pacisci tantum illi valent, qui vim alienationis *sui* et acquisitionis *Alieni* ad suos fines perspicere valent, adeoque usum rationis et arbitrii habent; quare infantes, amenites, affectu correpti, ebrii valide pacisci nequeunt. Possunt itaque per pactum valide acquirere, qui facultate pollent aliquid ab eo acceptandi, qui aliquam τε Sui partem alienare valet, quo omnes pertinere censendi sunt, qui intellectu et arbitrio utuntur; quare etiam Atheis, Hæreticis, fæminis et servis jus pacificandi competit et fides pacto data servanda est.

§. 51. Per pacta tantum ab eo aliquid acquiri potest, qui aliquid de το Suo, quod alienari potest, etiam alienare valet et vult, adeoque de το ejus nihil pacto acquirere licet, qui et quatenus vel rationis compos, vel dominus non est, vel jus de suo libere disponendi non habet. Ex quo facile dijudicari potest, an et in quantum per pacta cuiquam jus in alterius fidem, vitam et libertatem competere possit.

§. 52. Quod jure naturali competit jus cogendi ex pacto natum, quoad omnia bona, quæ ex pacto debentur, par, nimirum infinitum (indefinitum) est, quia jus naturale concedit quæcunque media adhibere, sine quibus jus ex pacto natum obtineri non posset, quamquam non omnium, qui pacta non servant, perfidia

æqualis sit, sed alia aliam turpitudine et perniciositate superet, adeoque plus malignitatis et injustitiæ contineat.

## III.)

Quas regulas in interpretatione pactorum sequi oporteat?

§. 53. Pacientes saepe ejusmodi verbis intuntur, quæ polulationis et obligationis pacitiae vim obscuram et dubiam efficiunt. Ne in ejusmodi casibus alter promissionem eludere et frustrari, alter postulandi modum excedere possit, quæ vim pactorum incertam reddit obscuritas et ambiguitas non pro libitu unius partis, verum regulatum interpretationis lumine depellenda, veraque, quam pacientes in actu pacisciendi mente tenebant, sed obscure cogitabant et ambiguë proferebant, sententia rectæ interpretationis via eruenda est. Cum in statu naturali iudex non existet, ad ipsos pacientes interpretationis negotium pertinet, in quo adrogationibus et protestationibus temerarius his regulis velut principiis occurritur.

§. 54. 1. Verbis dictisque eæ significations et sententiæ subjiciendæ sunt, quas inter dicendum habere licuit et oportuit; cum his enim verborum significationibus et dictorum sententiis eæ, quas loquentes habuerunt, coincidere debent, nisi se sine mente locutos, atque fraudes et restrictiones turpes et injustas adhibuisse, confiteri velint.

§. 55. 2. Quare verba dictaque sensu usitato intelligenda sunt; quod si tamen sensus literalis conventionis dubius et obscurus esse pergit,

gat, insistendum est in conventionis sensu eruendo ei conventionis particulæ, quæ in ea certa et indubitate est, adeoque *a)* vel causa pacti et consilium paciscentium spectandum, vel *b)* mens voluntasque paciscentium aliunde manifesta consulenda, vel *c)* quid pacti effectui insistentes post pactum immediate vel gesserint vel disposuerint paciscentes, videndum.

§. 56. 3. Quod si his adhibitis obligations et acquisitionis pactitiæ vis nondum penitus patescit, ea interpretatio sequenda est, quæ *a)* promittenti magis favet, cum sine ratione certe præponderante nemo aliquid alteri debere censendus sit, *b)* quæ est æquitati, communii hominum saluti et paciscentium æqualitati magis consentanea, denique *c)* ea, quæ jura illa personalissima esse sumunt, quæ alicui propter particulares dotes et præstantias concessa sunt.

### III.

## De pactorum generibus et obligationibus, quæ ex quovis eorum genere nascuntur.

### Generalia.

§. 57. Omnia, quæ in pacta cadunt, discrimina a dupli primario momento dependent, nimirum:

1. A differentia ejus, quod alteri ex pacto præstandum sit, quod nimirum sunt, *a)* vel res sive corporales, sive incorporales, *b)* vel rerum tantum usus obligative aliquid in sua re

re patiënti vel non faciendi in alterius commodum (servitutes variæ), denique *c*) vel certæ operæ et actiones (Dienstleistungen), quæ genera vel singula vel plura, vel copulative vel disjunctive promittuntur et debentur; unde pactorum simplicium et compositorum, copulativorum et alternativorum nomina nata sunt.

2. A differentia modi, quo quis ad aliquid præstandum tenetur, nimirum *a*) vel ob expressum vel tacitum consensum, unde sunt pacta expressa et tacita, *b*) vel ob absolutam, vel ob conditionatam (conditio, quæ vel tacite ineſt, vel expreſſe adjicitur, vel resolutiva, vel suspensiva, vel casualis, vel potestativa eſt), temporive adſtrictam promiſſionem, quo obligatio vel oriatur vel cefſet; unde sunt pacta pura et conditionata, ex die vel in diem, *c*) vel quod unus tantum ſive gratis, ſive cum onere, vel uterque aliiquid hoc modo præſtare teneatur, unde sunt pacta unilateralia et bilateralia, gratuita et onerosa, denique *d*) vel ſine adjectione, vel cum adjectione cautionis peculiaris, qua quis ſecurior redditur de eo, quod ipſi ex pacto debetur; ad ejusmodi cauſiones pertinent fidejuſſio, oppignoratio et jurandum, unde juris principalis et ſubſidiarii nomina nata ſunt.

§. 58. His generalibus coram fatis explicatis et illuſtratis, ne per genera pactorum ſine iegi more vulgari vagetur, juris pactitii interpres primo pactorum gratuitorum seu beneficiorum, deinde vero rependentium seu permittatorum et onerosorum genera, ordine rerum ſub ea cadentium, cum peculiaribus suis juris regulis recenſeat.

## I.)

De generibus contractuum beneficorum cum principiis juris ad singula pertinentibus.

§. 59. Cum quis alteri vel rem, vel rei usum, vel operam gratis præstat contractus est gratuitus seu beneficus, adeoque donationis species, cum translatio *re* nostri in alterum gratis seu ex liberalitate facta *donatio generatim* dicatur.

## 1.)

*De donatione stricte dicta.*

§. 60. Cum res singularis sive corporea sive incorporea alteri gratis promittitur vel tribuitur, *donatio stricte dicta* locum habet, sive ea inter vivos sive mortis causa, atque vel ex mera beneficentia, vel propter repensionem beneficam fiat. Donare non nisi dominum valere, atque si res in specie donetur, dominium statim in donatrum, si vero in genere donetur, post traditionem primo in eum transire, atque adeo, cui res pereat, si ante traditionem perit, facile intelligitur. At controversum est, an sit donatio, si donatarius, cui multum donatum est, rem exigui pretii retribuat, an donatio inter vivos vel mortis causa vel propter ingratitudinem donatarii, vel propter supervenientem indigentiam donatoris, vel propter liberos ei vel serius natos vel reversos jure revocari possit, an justæ sint donationes inter coniuges, atque inter parentes et liberos?

### *De Mutuo, Commodato et Precario.*

§. 61. Cum usus rei alteri gratis conceditur, res ejusmodi vel est fungibilis vel non fungibilis. *Res fungibilis* est, quæ constat numero, pondere et mensura, cujusque vice altera ejusdem generis fungi eique substitui potest. *Res non fungibilis* vero est, quæ usu non consumuntur. Cum res fungibilis alteri gratis conceditur ad certum tempus ea lege, ut post hoc tantumdem in eodem genere reddat, locum habet *contractus mutui*. Quia rebus fungilibus uti non licet, quin consumantur aut expendantur, res mutuo data, qua individuum sed non qua genus alienatur et in dominium mutuatarii venit, qui adeoque ejus periculum fert.

§. 62. Cum usus rei non fungibilis alteri gratis conceditur ea lege, ut eandem numero rem vel post certum tempus, vel ad libitum concedentis restituat nascitur *commodatum* vel *precarium*. *Commodatarius* jure non aliter re *commodata* uti valet, quam pacto definitum est, tenetur diligentissime cavere, ne res *commodata* pereat aut deterior reddatur, secus vero satisfactionem præstare, præterea impensas ad rei usum necessarias ferre obligatur. Principiis juris insistendo *commodans* ante tempus *restitutionem*, et si res casu periit satisfactionem petere non valet.

### *De Deposito et Mandato.*

§. 63. *Depositum* est contractus, quo quis rem alterius gratis custodiendam suscipit. Obli-

ligatur depositarius rem depositam diligenter custodire, ab omni ejus usu abstinere, eam deponenti, qui impensas in rei custodiam factas refundere tenetur, quam primum is voluerit, restituere, eique damnum sua culpa datum resarcire. At culpa non esset, si in pari periculo suas res præferret, rem domino potius quam deponenti restitueret, et furioso profus deneget.

§. 64. *Mandatum* est contractus, quo quis alterius negotium gratis gerendum suscipit. Mandatarius seu procurator obligatur fe intra fines mandati continere, negotium suscepit omni adhibita cura gerere, et damnum sua culpa ortum reparare; mandans vero negotium intra mandati fines peractum ratihabere, atque mandatarium indemnem servare debet, si is aliquid præter operam suam in negotii administratione erogare debuit. Jacturas mandatario casu factas mandans vi juris externi reparare non tenetur.

## II.)

### De generibus contractuum permutatoriorum seu onerosorum.

§. 65. Qui rem, aut rerum usum, aut operam alteri gratis præstare non vult, ad id tamen præstandum commoveri poterit sub conditione, ut hic propterea servata æqualitate vicissim aliquid det vel faciat seu *rependat*. Contractus, quibus hoc efficitur, dicuntur onerosi, permutatorii, rependentes, his adeoque omne humanum commercium in mutua rerum communicatione et permutatione positum paragitur.

*Permutatio in specie. Valor, pretium rerum.  
Pecunia.*

§. 66. Cum homines rem pro re, jus pro jure, operam pro opera, horumve alterum pro altero sibi præstant, *permutationem stricte dictem* facere dicuntur, qui adeoque omnium contractuum permutoriorum est antiquissimus. Quamquam vero primum fuit medium, cuius ope homines res invicem sibi communicabant, ejus ope tamen nec satis late, nec commode et frequenter fieri poterant rerum commercia, donec pecunia inventa sit. Quæ homini usum præstare nequeunt, ea cum suis permutando sibi communicari non desiderabit; quibus vero rebus homines uti possunt et indigent, eæ *valorem et pretium relativum* habent, quod vel *subjectivum* est, seu affectionis ab opinatis unius alteriusve hominis indigentiis pendens, vel *objectivum*, quod veris hominum indigentiis determinatur.

§. 67. Hoc pretium etiam *commune seu vulgare* appellatur, atque per comparationem utilitatis et indigentiae unius rei, cum utilitate et indigentia alterius rei cogitatur, quo casu res *æstimari invicem* dicuntur, cum nimirum determinatur, quantum de una re æquivaleat certæ quantitati alterius rei. Eiusmodi rerum æstimationes multum difficultatis habent, si in permutatione earum æqualitas utilitatis rerum servanda est; quare homines mature cogitare cuperunt de re, cuius pretium esset repræsentans seu vicarius valoris et pretii omnium rerum in commercium humanum cadentium. Hæc res

res vocatur *pecunia* et quatenus in partes ad promovenda commercia idoneas divisa est, dicitur *moneta*, et *pretium* rerum per monetam æquiparatum dicitur *eminens*.

## 2.)

*Contractus*, quibus aliquid pro certa pecuniæ quantitate alteri præstatur. An libri emti reimpressio de jure naturali illicita sit?

§. 68. Cum alter alteri certam pecuniæ quantitatem pro aliqua re promittit aut solvit, nascuntur varii contractus: 1) *Emissio*, *venditio*, cum pro certo pecuniæ numero res ipsa (merx) datur. 2) *Lusus fortunæ*, cum pro certo pretio spes rei emitur. 3) *Asscuratio*, cum pro certo pretio partialis damni ex interitu rei oriundi resarcitio promittitur. 4) *Subscriptio*, *prænumeratio* in editionem operis ingenii vel artis liberalis. 5) *Cambium* si pecuniæ genus cum altero permutatur. Quærunt juris interpretes, cui res pereat, quæ ante traditionem perit? an auctor pretium prænumeratum reddere teneatur, si opus casu confiscere vel edere nequeat? an libri emti reimpressio jure naturæ licita sit?

§. 69. Qui reimpressionem libri ab alio librario redemti, vel ab auctore suo sumtu editi juri naturæ adversam esse dicunt his argumentis utuntur:

1. Reimpressione ejusmodi libri dominium authoris et redemptoris lædi, reimpressoem adeoque furem esse. (An auctori cognitiones et redemtori exemplaria auffert?)

2. Reimpressorem sine mandato auctoris ad lectores dicere, atque contra conditionem agere, sub qua ei liber venditus est. (An auctor mandans est, qui manuscriptum pro certo honorario redemptori imprimendum tradit, qui deinde impressi exemplaria pro certo pretio simpliciter vendit?)

3. Reimpressorem esse possessorem male fidei, lucrum capere ex re aliena, justum alterius lucrum minuere. (An cognitiones auctoris et exemplaria redemptoris detinet, an exemplaria suo sumtu reimpressa vendendo, aliquid de honorario auctori praestito et de pretio redemptori pro venditis libris saluto auffert?)

3.).

*Contractus, quibus rerum usus vel operæ pro certo pretio præstantur.*

§. 70. Cum alter alteri usum certæ rei vel certas operas liberales vel manuales pro certo pretio præstat, nascuntur contractus variorum nominum.

§. 71. 1. *Contractus fœnebris, usurarius*, cum res fungibilis maxime pecunia alteri ad certum tempus pro certo pretio, quod *usuram seu fœnus* vocant, conceditur. Quoniam jure naturali privato nullus alteri usum pecuniæ gratis concedere obligatur, atque judicio et arbitrio proprio rerum suarum pretia determinare vallet, evidens inde est, quemque jure externo, non vero Ethicæ auctoritate altero consentiente, quascunque usuras pro concessione suarum rerum sibi stipulari posse. An pro usuris non solutis etiam usuræ solvendæ?

§. 72. 2. *Locatio et conditio rerum et operarum*, cum rerum non fungibilium usus conceditur, et operæ manuales præstantur, ac opera artium non liberalium conficiuntur pro certo pretio, quod locarium aut mercedem appellant. Quærunt, an res conductas sublocare liceat, an locarium præstandum sit, si re conducta conductor usus non sit, aut ea sterilis fuerit? An famulus mercedem restituere obligetur, si operam locatam præstare nequeat?

§. 73. 3. *Locatio et conductio operarum liberalium* pro honorario et salario, quæ fit in magistris scientiarum, atque munerum publicorum et negotiorum privatorum gestoribus ac caussidicis et procuratoribus. *Societas negotiatoria*, in quâ res et operæ, in lucrum communem conseruntur. Cum in ejusmodi societate nullus sociorum aliquid gratis dare vel facere velit, observanda est æqualitas, adeoque lucrum et damnum pro ratione fortis collatæ distribuendum est. Opera vero æquivalet pretio fortis a quocunque collatæ, nisi aliud expresse conventum sit.

## ARTICULUS SECUNDUS.

*De læsionibus tamquam jurium et officiorum externorum causis,*

ſeu

*De juribus læsi in lædentem.*

---

### PRAECOGNOSCENDA.

§. 74. Dubitari nequit, etiam læsiones, quæ vel vere immineant, vel actu inferantur, vel jam illatæ sint, ad facta pertinere, quæ jura perfecta erga earum causas liberas pariant, hisque officia perfecta injungant.

1. )

*Læsiones, injuriæ et damni notiones exponuntur.*

§. 75. *Lædi, violari* aliquid dicitur, cum ejus status deterior redditur. Quod si internus vel externus status hominis culpa alterius deterior redditur, vocatur ejusmodi actus *læfio proprie et stricte dicta*. Cum vero dolo contra jura alterius externa agitur, cum ei aliquid de *το* suo auffertur, cum is in usu ejus, quod suum est, turbatur, ejusmodi actiones dicuntur *læfio moralis strictissime* seu *injuria*. Offensionis (Beleidigung) nomen partim quamcunque officii erga aliud ens intelligens violationem, partim eas actiones denotat, quibus aliis non aliquid de *το* suo demitur, sed tantum molestia aliqua creatur. Mala confectaria ex læsione

or-

orta, dicuntur *damnum*, quod adeoque multiplex est. Moralis læsio jura supponit; in quas enim res jura non cadunt, eae etiam moraliter lædi nequeunt.

## 2.)

*Læsionum moralium genera recensentur. Jus postulandi, ut injuriæ earumque consectaria tollantur.*

§. 76. Innumeræ et sœpe innominatæ dantur hominum actiones, quibus aliorum bona et jura nativa vel acquisita in periculum constituantur, aut plane violantur, cum nimirum eorum aut vita, aut valetudo et integritas corporis læditur, aut mens erroribus, animus pravitatis imbuitur, atque fama maculis aspergitur, aut libertas externa et res jurave legitime parta eripiuntur.

§. 77. His actionum generibus omnes morales læsiones concluduntur, quæ vel dolo, vel culpa fiunt, pleræque earum peculiaribus nominibus indicantur, uti homicidium, furtum, calumnia etc. Omnes vero cum nominatæ tum innominatæ læsiones sunt injuriæ atque læso jus tribuunt postulandi, ut lædens a læsione deficiat, ejusque mala consectaria tollat, i. e. damage reparet, adeoque vel ablatum restituat, vel satisfactionem præstet. Quamdiu damnum non resarcitur, tamdiu læsio, cuius malas sequellas in ejus auctorem decreto rationis recidere oportet, reapse non cessat.

*Genera actionum, quibus læsiones fiunt. Jus ad media adversus eas.*

§. 78. Actiones, quæ ad lædendos alios tendunt, dicuntur *adgressiones*; adgressionis initium dicitur *invasio* estque vel mere attentata, vel consummata, si alter de *το* suo dejicitur. Posita læsione duo ponuntur, adgressor et alter, quem adgressio petit.

§. 79. Quilibet homo gaudet jure se in omni *το* suo conservandi, adeoque id agendi, ut læsiones avertantur, et si tamen acciderunt, earum *confectaria* mala seu damna tollantur; quare etiam jus ad media habet, sine quibus illi fines obtineri nequeunt; ejusmodi media sunt vel leniora vel duriora.

§. 80. Quia omnis violentia injusta est, quæ ad *το* suum conservandum vel reparandum necessaria non est, læsus litem juridicam de suo jure inire debet, antequam violentiæ usum faciat.

## I.

**De justo modo litigandi de juribus competentibus in statu naturali.**

### I.)

**Quid sit lis de jure et unde oriatur.**

§. 81. Quæ hominibus convenientiunt jura, vel sunt a natura, vel pendent a certis factis; jura, quæ sunt a natura seu connata, sunt per se evidenta, adeoque probatione non egent,

ju-

jurium vero acquisitorum, uti fundamentorum, quibus ea nituntur, nimirum factorum, inculpata esse potest ignorantia et incertitudo. Incertum esse potest, an quis alteri aliquid et quantum debeat, sive ex pacto, sive propter laesio-  
nem, incertum esse potest, an alteri ius compe-  
tat, alterum in usu libertatis et jurium suorum  
certo modo restringendi. Qui in talibus casi-  
bus jus sibi convenire affirmat, *prætendere*,  
qui id negat, *protestari* dicitur; ejusmodi con-  
tradictio, ejusmodi mutua prætensio et prote-  
statio *lis juridica* dicitur.

## II.)

**Ordo naturalis in litibus de juribus procedendi.**

§. 82. Jus naturæ, quod jurium usurpatio-  
nes non minus, quam usum violentiæ non ne-  
cessariæ detestatur et prohibet, has regulas pro  
litibus de jure præscribit, quas tamquam ratio-  
nis leges sequi debent tum ii, qui judicem in  
terra non habent, tum etiam illi, qui ordi-  
nem civilem in tractandis litibus de jure ob-  
servandum concipiunt.

## 1.)

**Cui litigantium probandi onus incumbat, quid probatio in lite proprius spectet et quotuplex sit?**

§. 83. 1. Qui aut jura prætendit, quæ  
non sunt connata, quæve præsumptionem natu-  
ralem pro se non habent, aut ab eo aliquid  
prætendit, contrarie ejus prætensionem prote-  
statur, qui assertiones suas jure connato natura-

live præsumtione fundat, prætensionis protestationisve suæ justitiam probare tenetur.

§. 84. 2. Versatur itaque probatio in lite circa jura acquisita, adeoque proxime facta spectat, quibus jura prætensa acquisita sint. Quare a) de veritate seu existentia facti, et b) de justitia facti constare debet litigantibus, (probatio facti et probatio seu deductio juris.) Adfirmanti factum incumbit ejus probatio; qui enim negat aliquid factum esse, is vel negat factum proprium, quo obligationem contraxerit, vel factum alterius, quo hic jus aliquod acquisiverit, adeoque in primo casu libertate naturali, in altero autem justa ignorantia se fundat, adeoque a probationis onere liber est.

§. 85. 3. Si de facti existentia constet, de justitia autem ejus dubium moveatur, vel justitia facti proprii, vel injustitia facti alterius assertur. Qui, quod fecit, juste se fecisse affirmat, fundat se jure bonæ existimationis; quare neganti justitiam facti alterius incumbit probatio. Qui, quod alter fecit, injuste factum esse contendit, jus bonæ existimationis alterius contra se habet; quare affirmanti injustitiam facti alterius incumbit probatio. Injustitia facti ex lege juris probanda est; facti vero *probatio* vel *naturalis* est vel *artificialis*, quæ per documenta, per testes, per jusjurandum fit.

§. 86. 4. Quod si litigantium unus apparetiam veritatis facti, ejusve justitiæ offendit oppositi veritate et præsumptionem, alterum non egisse, vel non injuste egisse, certitudine oppositi producta dispulit, officio probationis sibi incumbentis fatisfecit, adeoque lis decisa est; alter itaque a prætensione vel protestatione sua,  
quam

quam inani veri specie et præsumtione fundavit desistere obligatur, sècùs usurpationis et injuriæ se reum efficit.

## 2.)

*Quæ media litigantes adhibere debeant, cum prætensio et protestatio argumentis oppositis dubia effecta est?*

§. 87. 5. Quando per argumenta et replicationes prætensio unius et protestatio alterius æquale pondus nacta, adeoque ius utrinque aperte dubium effectum est, neuter quidem litigantium jus habet standi suo judicio, at neutri etiam incumbit obligatio standi judicio alterius. In tali casu, juris utrinque æque dubii neutri quidem jus læsi, adeoque jus belli competit; at vero etiam neutri invito jus utut dubium afferri potest. Quare aut nova argumen-  
ta proferrenda aut litigantes de alio modo li-  
tem terminandi convenire debent. Ejusmodi conventioni *tractatus* præcedunt, qui vel co-  
ram vel scriptis, vel per ipsos litigantes, vel  
per eorum mandatarios fiunt, quibus etiam  
*mediatores* sæpe interveniunt. Mediator a par-  
tium studio alienus esse debet, atque omni li-  
tem decidendi jure destituitur.

§. 88. 6. Litigantes tandem convenire de-  
bent, ut vel lis componatur, vel per tertium  
decidatur, vel forte incuruenta dirimatur. Pac-  
tum, quo litigantes, veritate in dubio relictâ, de  
modo convenienti, litem terminandi dicitur li-  
lis *compositio*, quæ si gratuita est *compositio  
amicabilis*, si onerosa, *transactio* dicitur. Pac-  
tum, quo litigantes convenienti, ut tertius litem

decidat, *compromissum*, tertius ille *arbiter*, ejus sententia *laudum* dicitur.

## II.

### De justo violentiæ usu seu de naturali belligerandi ordine.

#### *Fundamentum et sphæra juris violentiæ.*

§. 89. Quod si jura sua remediis lenioribus fatis tentatis tueri non licet, jus ea violentis remediis persequendi nascitur, adeoque in jure dubio transactionem, et in jure aperto indemnitatem vi extorqueri licet; obligatio enim alios non lædendi est perfecta, cui igitur alter ut satisfeciat vi adigi potest. At non quævis læsio sed ea tantum, quæ aliter averti nequit, sive aliter indeclinabilis est justifica violentiæ, seu coactionis physicæ adhibendæ causa.

1.)

#### *De juribus intuitu læsionum futurarum.*

§. 90. Capit defensio plerumque initium ab actuali injusti invasoris læsione, non vero a futura; sed expedit et justum est etiam futurarum læsionum rationem habere, quod fit, cum possibilibus præparatione, (si vis habere pacem para bellum) imminentibus vero præventione occurritur. Sed non sola suspicio et metus vagus, verum indubia propinquæ injuriæ signa et metus gravioris præponderantia fundamenta *jus præveniendi* præbent.

2.)

2.)

*De juribus intuitu læsionum præsentium.*

§. 91. Contra læsionem præsentem, i. e. eam, quam alter actu nobis intentat, v.g. cum nos occidere, mutilare, verberare, pecuniam nobis auferre, domum nostram accendere e. s. p. connatur, jus violentæ defensionis et etiam moderamen inculpatæ tutellæ, i. e. jus occidendi aggressorem vitæ, vitæ mediorum et pudicitiæ competit; quo jure vero jus occidendi calumniatorem et jus duelli non continetur.

3.)

*De juribus circa læsiones jam illatas.*

§. 92. Quod si læsio jamjam illata est, læso non nisi jus indemnitis et jus pœnæ seu vindictæ, futuræ securitatis causa, convenire potest, cum factum infectum fieri nequeat. Vi prioris, eum qui læsit, ad reparandum damnum culposum et dolosum, cum positivum tum negativum, cum directum tum indirectum cogere, vi posterioris vero eum, qui lædendo animum lædendi cupidum significavit, malis physicis afficere potest, ut eorum sensu et memoria animum nocendi cohibeat.

II.)

## II.)

Fundamentum et sphæra juris hostilitatis  
seu belli.

## 1.)

*Quid sit hostilitas et quando sit licita?*

§. 93. Læsus vim inferre lædenti atque etiam animum hoc faciendi declarare non prohibetur. Animus seu propositum alteri mala inferendi per vim, dicitur hostilitas, et cui hoc prepositum est, hostis appellatur. Læso itaque competit jus hostilitatis et is jure hostis est ejus, a quo ei læsio vel jam illata est, vel actu infertur, vel certo imminet.

## 2.)

*Quid sit bellum et quæ ejus causa justifica?*

§. 94. Quando læsus adversus lædentem violentia utitur, hic vero eam vi repellere nititur, oritur inde status mutuae hostilitatis seu status, in quo duo animum et conatum exserunt mala sibi inferrendi per vim; hic status dicitur *bellum*. Læso itaque competit, uti jus hostilitatis ita etiam jus belli, bellum itaque justum est, quod a læso servato moderamine inculpatae tutellæ adversus lædentem geritur læsionis avertendæ causa; quare sola læsio (præterita, præsens vel certo futura) est causa justifica belli atque sola indemnitas, defensio et securitas justus belli finis. Bello opponitur status bello vacuus; lex est juris: pacem esse collendam, quamdiu haberi potest et quia nemo

læ-

lædens nascitur, sed causis fortuitis fit, principium est juris: statum hominum naturalem sensu juridico acceptum non esse statum belli sed pacis.

3.)

*Quid læso in hostem injustum liceat?*

§. 95. Justus hostis omnem necessariam vim contra lædentem jure exercet; quanta vero vis necessaria sit ad fines justi belli consequendos, læsus ex circumstantiis in casu obvio definire debet, cum sæpe gravior læsio modo leniore et levior non nisi duriore modo tolli possit, quare jus hostilitatis et belli universæ ad indefinita jura pertinet, atque hoc sensu infinitum recte dicitur.

§. 96. Habet justus hostis jus ad qualemcumque violentiam, cum in personam lædentis, tum in ejus res et jura, quæ invadendi, aufferrandi, bellica occupatione sua faciendi jus habet, prout id fines justi belli, i. e. præsentis violentiæ repulsio, damni illati reparatio et securitas contra novas violentias postulat.

### *ARTICULUS TERTIUS.*

*An præter pacta et læsiones dentur modi, quibus res et jura acquirantur?*

§. 97. Qui præter pacta et læsiones in jure iterum celebrantur modi, res et jura acquirandi, nimirum usucapio præscriptioque atque testamenta omnes sunt tantum putativi,

## I.

*De usucapione et præscriptione.*

§. 98. An qui rem aliquam bona fide et iusto titulo longo tempore et sine contradicione alterius possedit, eam hoc modo ita usuccepit eique ita præscriptis, ut omnes adeoque etiam illum, qui verum se ejus dominum olim fuisse convinceret, ab ea jure porro excludere possit?

1.)

*Tribuit præscriptio vi juris naturalis in ejusmodi re jus prouisorium.*

§. 99. Id est: longa, non interrupta, bona fide obtenta et continuata atque a nemine in litem vocata possessio rei efficit, ut talis professor pro domino haberi debeat, donec evidens effectum fuerit, alium ejus rei verum dominum esse. Quod si quis hoc modo bona fide aut re aliqua certove jure potitur, aut immunitate a certis servitutibus fruitur (præscriptio acquisitiva et exstinctiva), habet pro se præsumptionem jure fundatam, adeoque naturalem, omnia illa ad  $\tau\sigma$  ipsius pertinere. Quies externa, qua nihil antiquius esse debet hominibus in terra convivis, quæque unicus est juris naturæ scopus, postulat, ut homines hanc præsumptionem invicem foveant, et ex ea velut lege vivant.

2.)

2.)

*Præscriptio vi juris naturalis jus in re peremptorium tribuere nequit.*

§. 100. Cum de jure naturali actus possessorius non sit absolutum dominii requisitum, cumque præsumtio naturalis veritati cedere debat, consequitur, nullum peremtorium jus in re usucaptionis et præscriptionis vi nasci, ita ut etiam verus rei dominus probato dominio ab ea jure excludi possit. Quis illud fatale et faustum momentum determinare potest, quo res veri domini esse definit et opinati esse incipiat, hujus adeoque possessio plane irrefragabilis fiat? Cum præterea nec derelictio renunciative, nec pactum præsumtum, nec dominii inconstantia pœnave, quam negligentes mereantur, solida præscriptionis fundamenta sint, eam non juris naturalis, sed positivi esse consequitur. Præscriptione etiam immemoriali, quam vocant, jus peremtorium in re non acquiritur, siquidem ex documentis certis verus dominus erui possit; si hoc fieri nequeat, præscriptio proprie non est,

## II.

### De successione in bona defuncti.

§. 101. Acquisitio hereditaria universæ est transitio rei familiaris defuncti (hereditatis) in superstitem; hæc transitio fit vel per voluntatem veram et irrevocabilem, vel per talem, quæ usque ad ultimum vitæ momentum revocari possit,

§. 102.

1.)

*Successio in bona defuncti titulo heredis legitimi est juris naturalis.*

§. 102. Titulo heredis legitimi succedunt in bona defuncti, *primo* condomini, *deinde* qui ex pacto in ejus bona succedunt, *denique* liberi, conjuges, consanguinei, quos defunctus aere debuit, quique operam et curam suam in bona defuncti impendere tenebantur; hi omnes habent jus præcipuum in bona defuncti, quæ ejus morte tantum vacua, non vero nullius effecta sunt.

2.)

*Successio in bona defuncti solo titulo heredis instituti non est juris naturalis.*

§. 103. Titulo heredis instituti succedit, qui ex mero testamento succedit. Est vero testamentum voluntas usque ad ultimum respiratio-  
nis momentum revocabilis, ut bona testatoris post hujus mortem sint ejus, quem denomina-  
vit, qui que nullum alium titulum ad ea habet  
præter eam voluntatem, quæ vero primo post  
mortem effectum habeat, cum jam non est,  
quæque etiam vivente testatore reapse nulla fuit.  
Voluntatem testatoris, utpote usque ad ultimum  
vitæ spiritum revocabilem, acceptandi eo viven-  
te jus, eo mortuo vero potentia deest; actualis  
testatoris et heredis voluntas nunquam concidunt.

JURIS UNIVERSALIS PRIVATI  
PARS POSTERIOR

JUS PRIVATUM SOCIALE.

---

*An jus realiter personale sit jus hybridum?*

§. 104. Juris interpretes hactenus duo tantum jurium acquisitorum genera sumserunt, nimirum jurium in res et jurium in personas. Kantius novum jurium genus excogitavit, scilicet jurium realiter personalium. Nimirum ex Kantii disciplina objectum juris universalis privati nihil aliud est, quam Meum et Tuum iuridicum externum; quare ut etiam jura conjugum, parentum et liberorum, ac herorum et famulorum in jure universali privato pertractare posset, illas personas pro suo aliorum externo, adeoque aliqua ratione invicem pro rebus habere, hinc novum juris genus, nimirum juris realiter personalis excogitare debuit. Sed ut illa jura evidenti ratione ad jus universale privatum referri possint, illa hybrida juris specie opus non est. Status naturalis sensu juridico acceptus non sociali generatim, sed tantum civili opponitur; nam societas minores etiam ante et extra civitates esse et cogitari possunt; quare jus naturae privatum necessario etiam jus sociale est, atque duplicitis generis jura, nimirum generalia et specialia minorum societatum tradere debet.

SEC-

# SECTIO PRIMA

De juribus societatum minorum generibus.

---

## I.

**Societatum minorum origo et jura.**

1.)

*Societatis sensu juridico acceptæ definitio.*

§. 105. Societas sensu juridico universæ est duarum vel plurium personarum, ad bonum aliquod non transitorium, unitis viribus obtainendum comparata, atque obligatione perfecta nixa conjunctio.

2.)

*Societates sensu juridico acceptæ non sunt a natura.*

§. 106. Quoniam in statu naturali ab soluto homines perfectæ suæ obligationi satisfaciunt actionibus negativis seu nuda abstinentia a læsione aliorum, evidens est, durante statu primævo, nam civilis facto hominum superadditus est, nemini jus perfectum in aliorum actiones positivas competuisse, adeoque societates hominum sensu juridico acceptas, in quibus hujusmodi jura sociis erga se invicem competit, ad status hominum hypotheticos et superadditos pertinere.

3.)

3.)

*Omnis nituntur vel pacto omnium vel facto  
unius ex sociis.*

§. 107. Cum nihil sine justo titulo et modo acquiratur, modus vero acquirendi originarius tantum in res nullius non vero in personas, earumque res et operas cadat, societates juridicas non nisi pacto et facto nasci necesse est, cum jus in personas, earumque res et operas non nisi pacto et facto constitui possit.

## II.

### Societatum minorum discrimina et jura.

§. 108. Jura, quæ in societatibus juridicis competunt dicuntur socialia, eorumque complexus jus sociale constituit. Societates minorum, quarum solum jura in jure privato sociali spectari possunt, sunt vel simplices vel compositæ; illarum uti v. g. societatis conjugalis membra sunt singuli homines uti conjuges, posteriorum uti v. g. familiæ membra vero sunt jam societas. Præterea societatum minorum aliæ sunt pactitiæ, aliæ legales uti est societas parentum et liberorum, aliæ plane coactæ esse possunt, uti societas inter herum et servum, qui læsit; denique aliæ sunt æquales aliæ inæquales.

### *De jure disponendi in societatibus æqualibus.*

§. 109. Societas æqualis est, in qua omnes socii æquale jus habent declarandi, qua ratio-

tione negotia socialia, i. e. communem finem spectantia determinari et geri debeant. In societate æquali itaque, quæ non nisi unanimi voluntate sociorum constitui potest, per vota sociorum determinatur, i. e. concluditur, quid fieri debeat; conclusa leges sunt, quibus singuli locii tenentur.

§. 110. Vota unanimia semper, paria vero nunquam concludunt, nisi accedat calculus Minervæ. Vota imparia vel majora vel minoria, et majora porro vel absolute vel tantum comparative majora sunt. Vota absolute majora concludunt, uti in voluntate motiva absolute graviora rei exitum efficiunt, nisi aliter constitutio societatis ferat. Si vero fieri nequit, quod placet omnibus aut plurimis, fiat id, quod minus displicet paucioribus.

### *De jure disponendi in societatibus inæqualibus.*

§. 111. In societatibus inæqualibus datur superior, cui competit potestas disponendi et alios obligandi. In societate inæquali, quæ est vel pactitia vel legalis, vel coacta, jura superiorum et obligationes subordinatorum seu subditorum vel per conventionem paciscentium, vel per finem societatis, vel per voluntatem superioris determinantur. Superiori competit jus jubendi et iussa exsequendi, adeoque etiam jus cogendi et puniendi, inferioribus vero incumbit obligatio iussis conformiter agendi.

## SECTIO POSTERIOR.

### De juribus societatum minoribus specialibus.

#### PRAEMONITIO.

§. 112. Status naturæ civili oppositus non excludit societas conjugum, parentum et liberorum, atque herorum et familitii, quorum complexus societas domesticas et patriarchatus constituit, qui societatibus civilibus antiquiores et populorum stirpes sunt. Qui fines et limites Ethicæ, Juris naturæ, politicæ et Juris positivi nesciunt vel pervertunt, decreta ad Jus naturæ referunt, quæ ab hoc abhorrent atque exardescunt in eos, qui negant, jure naturæ vetita esse, quæ tamen turpia et noxia esse, negari nequit.

#### ARTICULUS PRIMUS.

##### *Jus naturæ societatis conjugalis.*

1.)

*Societatis conjugalis notio ex juris conceptu deducta.*

§. 113. Conjugium, matrimonium ex conceptu juris consideratum est conjunctio maris et foeminae ad commercium sexuale legitimum inita. Est vero commercium sexuale positum in pos-

possessione et usu mutuo facultatum et membrorum sexualium, qui ut sit legitimus, adeo matrimonium justum constituant, nec a natura, i. e. a naturæ, qui organis sexualibus præfixus est, sine nec a lege morum abhorrire debet. Non abhorret a naturæ fine, i. e. a finibus diversitatis et stimuli sexualis et æqualitatis numericæ personarum duplicitis sexus humani, cum procreationi et educatione sobolis non est adversus sed idoneus. Non abhorret præterea a lege mōrum, cum non solo sexuali impetu fit, verum rationis fines et exitus rerum respicientis doctrina regitur. Ex his vero sequitur, matrimonium, ne juri naturæ, generis humani conservatori et custodi, adversum sit, perpetuam societatem esse debere, quæ reverentia et amore conjugum et sobolis animetur.

2.)

*Matrimonii juris conceptui accommodati requisita.*

§. 114. Coniunctio maris et fœminæ, quæ sit verum conservationi speciei humanæ et juris conceptui (ne personæ pro rebus aut meritis mediis habeantur) congruens conjugium, non tantum corpora et statum externum, sed animos personarum maxime amplecti, adeoque non apprehensione vel inclinatione fortuita unius, sed libero consensu et rationabili consilio utriusque, adeoque pacto niti, mutuaque observantia et dilectione contineri debet; quare conjuges *a)* ad personalem et non tantum ad corporalem possessionem uniti, *b)* iisdem iuribus et obligationibus erga se invicem prædicti,

*c)*

c) publice et per omniem vitam ex conceptu juris consociati esse debent. Quia vero maritus uxorem et liberos alere atque contra pericula tueri obligatur, ei propterea regimen in domo primario competere debere confitendum est, quod regimen vero valde differt ab eo, quod in famulos et subditos exercetur.

## 3.)

*Quæ divortia juri naturæ consentanea sint?*

§. 115. Quando alter conjugum crimen committit et animum assumit fini conjugii et fidei conjugali, adversum , conjux læsus pro re nata jure cogendi uti, aut discedere a sociate potest. Hoc posterius cum fit, *divortium* fieri dicitur , quod est matrimonii justæ contracti dissolutio vivis conjugibus facta; quare jure naturæ licitum est divortium, 1) propter adulterium, propter conditiones non impletas, propter pertinacem debiti conjugalis denegationem , 2) propter vitæ periculum , adeoque propter infidias vitæ fructas, propter morbum santicum, propter fuorem continuum, 3) propter impotentiam aut malignam desertionem.

## ARTICULUS SECUNDUS.

*Jus naturæ societatis parentalis.*

## 1.)

*Fundamentum potestatis parentum in liberos.*

§. 116. Liberi homines (personæ) sunt, qui sexuali parentum commercio omnium re-

rum egeni existentiam nanciscuntur. Hinc jure naturæ obstricti sunt parentes ad liberos tamquam personas curandos et educandos; quare parentibus jure naturali competit potestas moralis exigendi, ne alii liberos detineant, eorum curam impedian, omniaque præscribendi, ordinandi et manutenendi, sine quibus cura educatione liberorum esse nequit. Hæc potestas parentalis dicitur, atque non occupatione aut generatione, aut potentia physica, quæ tantum in corpora cadunt, verum obligatione liberos tamquam personas curandi et perficiendi nititur.

2.)

*Societas inter parentes et liberos est legalis et inæqualis.*

§. 117. Ex obligatione parentum liberos facto suo justo procreatos curandi et perficiendi consequitur, parentes gaudere jure præcipiendi, ordinandi et exsequendi, quæ ad educationis finem requiruntur. Quamprimum corporis animæque viribus satis uti valent liberi, illa eorum arctissima conjunctio cum parentibus suis in societatem abit, quæ educationem librorum et utilitatem parentum pro fine, conjunctis utrorumque viribus obtinendo, sibi propositam habere debet; quare ab hoc tempore propriæ societas inter parentes et liberos locum habet atque legalis et inæqualis est, quia lege morum et juris præcipiente liberi obediunt, parentes vero imperant et regunt.

3.)

3.)

*De obligationibus et juribus parentum et liberorum mutuis.*

§. 118. Obligatio parentum ad liberos alienados et educandos perfecta est. Quia vero titulus ex parte liberorum nititur ipsorum indigenita et impotentia vitae praesidia procurandi, parentes non nisi in tantum obligantur ad summus in liberorum educationem faciendos, in quantum liberi ipse illos sumtus facere nequeunt; quare parentes sumtuum illorum reparationem a liberis adultis petendi jus habent, si liberi patrimonium nanciscantur et eos reparare comode possint. Liberis hereditas vi juris occupandi et vi condominii, per labores parti, cedit; quare exheredatio et portio legitima, quam dicunt in statu naturali, locum non habent. An liberi debitibus et delictis parentum teneantur?

*ARTICULUS TERTIUS*

*Jus naturae societatis herilis.*

1.)

*Fundamentum juris in aliorum operas.*

§. 119. Conjuges et parentes variis statim operis ad fines domesticos indigent, atque propterea varias personas vel promissa mercede ad certum vel indefinitum tempus conducent, vel propter damnum illatum adigunt, ut illas operas ad ipsorum arbitrium praesentent. Inde nascitur societas pactitia aut legalis et in-

æqualis, quæ herilis vocatur. Qui enim promissis alimentis et mercede alios pacto conductit, ut certas operas præstare teneantur, consequitur jus aliis præscribendi, quos labores ad ejus nutum et utilitatem obeant. Ille herus aut hera, isti vero famuli et ancillæ dicuntur.

2.)

*An famulitii conditio sit juri naturæ adversa?*

§. 120. Licere pro alimentis et mercede statas operas ad rem familiarem necessarias stipulari et locare, dubium videri nequit; inde nascitur jus heri exigendi operas certas, et famuli postulandi alimenta et mercedem conventionam, quæ si subinde etiam valde exigua est, uti apud famulos rusticales et similes, qui pro vili alimento et mercede ab ortu solis usque ad ejus occasum duros labores peragere tenentur, injusta tamen videri nequit, quia sponte pro ea hero operas suas addixerunt; nam famuli hoc modo vitam in via justitiæ honesto modo degunt, cujus utique tantum est pretium, ut cum nullis commodis æquiparari possit.

3.)

*An jure naturali licita sit servitus personalis?*

§. 121. Cum quæritur, an jure naturali homo servus esse possit, quid servitutis ejusmodi nomine intelligatur, constituendum est.

Ju-

Jure romano servitus erat status hominis, in quo eum omnibus juribus exutum pro mero arbitrio tamquam meram rem tractare licuit; erat ergo servus talis res in dominio posita. Ejusmodi servitus omne jus naturale tollit; at si servitutis nomine is tantum status intelligatur, in quo quis obstrictus est ad utilitatem alterius omnes physice et moraliter possibiles operas præstare, hæc servitus cum jure naturali simpliciter pugnans videri nequit, cum quis in eam vel propter ingenii imbecillitatem, vel ad damnum reparandum devenire possit. Ex quo facile cetera hunc statum attinentia deduci possunt.

## JURIS NATURALIS SEU UNIVERSALIS

## PARS ALTERA

## JUS UNIVERSALE PUBLICUM.

*Juris universalis publici notio, partes et usus.*

§. 122. Jus naturale publicum homines in statu juris publico existentes considerat. Constitut vero status juris publicus in duplice juridica, i. e. jura fundante relatione primo illa, quæ inter caput et membra civitatis seu inter imperantem et subditos erga se invicem et erga civitatem, et deinde in ista, quæ inter ipsas civitates erga se invicem intercedit, atque jura externa fundat, quæ propterea publica dicuntur. Quare jus universale publicum duplex est, nimirum jus naturale civitatis et jus naturale gentium, seu jus civitatis internum et externum. Cum ipsa natura et ratio homines ad condendas civitates dirigit et impellit, ut juri bus suis connatis secure uti, atque cultui et saluti operam dare valeant, quod sine cognitione et observatione jurium naturalium publicorum fieri nullo modo potest, intelligitur, jus naturale publicum, quod ea jura tradit, rem esse maximi momenti, ut securitatis, culturæ et salutis fines obtineantur.

JURIS UNIVERSALIS PUBLICI  
PARS PRIMA

JUS NATURALE CIVITATIS.

PRAELEMINARIA.

1.)

*Prævia juris civitatis interni definitio.*

§. 123. Cum civitas universe tamquam institutum considerari debeat, quo custodia iurium humanorum procuretur, atque cultura et salus hominum promoteatur, eluent partium corpus illud politicum constituentium relationes juridicæ, quæ sunt omnium iurium naturalium imperanti et subditis invicem competentium fundamenta. Scientia illarum juridicarum inter imperantem et subditos intercedentium relationum, indeque pendentium iurium publicorum ipsis invicem competentium, dicitur *jus civitatis naturale seu universale oppositum juri publico cuivis civitati proprio.*

2.)

*Usitatæ jus civitatis internum partiendi rationes.*

§. 124. Olim doctrinæ juris civitatis interni fortuita capitum, vel sectionum sine principio se excipientium serie tradebantur; nunc ejus partitio in *jus civitatis absolutum vel purum,*

rum, et hypotheticum vel applicatum usitata est. In jure civitatis absolute seu puro ea tradenda esse dicunt illius partitionis auctores, quae in quavis civitate non nisi unico modo possibilia sunt; in hypothetico vero cetera occurrere debere, quae salva essentia civitatis in civitatibus actualibus diversa esse possunt. Sed haec non ad jus civitatis universale verum ad cuiusvis actualis civitatis particulare seu positivum pertinent.

*Juris civitatis partitio a corporis politici indeole ducta.*

§. 125. Jus civitatis universale, civitatis tamquam corporis politici structuram scrutari debet, ut illas juridicas ejus Constitutivorum relationes detegat, atque ex his jura imperantium et subditorum eruat. Quare dupli munere defungi debet nimimum primum illo quasi anatomico, quo corporis politici, i. e. civitatis universae spectatae partes constituentes, necessitatem, finem et originem explicet; deinde altero quasi physiologico, quo corporis politici functiones et differentias primitivas exponat.

# JURIS CIVITATIS NATURALIS

## CAPUT PRIMUM.

*Anatomia civitatis seu corporis politici.*

*Ordo Tractandorum.*

§. 126. Jus civitatis internum ejusque expicator in anatomico suo munere imprimis essentialia civitatum constitutiva, earumque necessitatis causas eruit, deinde vero civitatum originem et fundamenta investigat.

## SECTIO PRIMA

*De essentia et necessitate civitatum.*

### I.

*Civitatis ejusque partium constituentium notiones evolvuntur.*

§. 127. Gentis, societatis civilis et civitatis nomina non plane idem semper significare loquendi usus innuit. Ubiunque plures familiae linguae, morum, et soli identitate unitae, atque etiam consanguinitatis vinculo et securitatis externae consilio conjunctae tenentur, est *gens*. Possunt itaque existere gentes sine imperio; eius-

ejusmodi anarchicæ gentes erant Grœnlandi et Kamtschatkani, antequam Danico et Rossico imperio se subjecissent. Quod si gens fixam sedem in globo terraquo habeat, in eaque jam imperium exstet securitatis internæ et externæ causa, *societas civilis* adesse dicitur. Quod si societas civilis tandem eam quasi organicam structuram adepta est, ut velut in automate imperii, velut elateris interni vi omnia membra ad securitatis finem continuo conspirent, nascitur *civitas proprie dicta*, quæ relate ad alias gentes *potentia* dicitur.

§. 128. Quare nulla civitas *sine civibus*, atque *territorio*, in quo degant, nulla *sine summo imperio*, cui *ceteri* securitatis et salutis causa *pareant*, exsistere potest. *Imperium* vero est summa potestas, cuius efficacia et præpotentia fit, ut membrorum civitatis actiones externæ velut per instinctum cum securitate et salute conspirent. Persona sive singularis sive moralis, cui in civitate imperium competit, dicitur *imperans civilis seu caput civitatis*. Summo imperio in civitate, quod hujus capiti inest, essentialiter correlata est membrorum ceterorum *subjectio*, i. e. obligatio in iis, quæ ad civitatis finem et ad imperii civilis destinationem pertinent, actiones suas ejus jussis et institutis conformandi. Est vero summæ potestatis in civitate *bis scopus*, ut interius ea constitutio, exterius vero ea relatio quasi mechanica ratione vigeat, qua finis civitatis perpetuo actuetur et promoveatur.

## H.

Ostenditur necessitas civitatis hujusque finis stabilitur.

§. 129. Homines jam qua tales et ante conditas civitates juribus potiri dubio caret; complexus horum jurium constituit statum naturalem sensu juridico acceptum, quia in hoc statu quisque ipse sine judice jura sua persequitur. Sunt quidem hæc jura conditiones, quibus positis homines tamquam convivæ in terra persistere possent; at deest *medium*, quo illæ conditiones in effectum ducantur, quare status ille hominum recte quidem status naturalis, at non status juris per excellentiam dici potest; is status hominum juridicus per excellentiam status juris dici meretur, in quo maxima esse possit persuasionis firmitas, quemque juris sui compotem effectum iri. *Suprema* hujus status *conditio* est publica legislatio, jurisdictio et exsecutio, adeoque summum imperium, quod leges juris ferat aut certe fanciat, atque magistratus conficiat, qui lites de jure decidant, atque legum transgressiones vindicent.

§. 130. In statu naturali, i. e. ante conditas civitates institutaque imperia homines legibus juris rationi practicæ insitis subsunt; quare status naturalis tam parum *status juris expers*, quam *exlex* (nullis juris legibus adstrictus) dici potest. Quia tamen in statu naturali homines privato suo judicio, arbitrio et molimine utuntur in dijudicando et persequendo jure suo, in qua re variis ex causis potentes facile modum excedunt, impotentes vero succumbunt, in pro-

ximo eos continuo litium et hostilitatum pericu-  
lo versari certum est. Quare status naturalis  
quamquam non sit per se *status injustitiae et  
violentiae*, non tamen pro eo statu haberi po-  
test, in quo homines unquam quam potest ma-  
xime juris compotes effici possint.

§. 131. Quare ex ipso jure privato, cuius  
desiderio omnes tenentur, postulatum juris efflo-  
rescit, ut homines statum justitiae, atque poten-  
tiae et impotentiae private cum statu justitiae  
et potestatis publicae commutent, in quo sum-  
mum imperium existat, quod leges ferat et  
fanciat, atque lites et injurias per judices et  
magistratus publicos dirimat et vindicet. Ori-  
tur hoc modo status hominum, in quo singuli  
juris sui quam potest esse maxime certi et com-  
potes effici possint, hic status vocatur *civilis*,  
ut adeoque *status juris et justitiae sensu eminen-  
tiori* tantum status civilis dici mereatur. Quare  
homines non indigentia et prudentia solum duc-  
ti, verum legislatione rationis et quidem non  
tantum ethica, verum maxime juridica im-  
pulsi societates civiles inierunt, quæ lege perfec-  
tibilitatis tandem in civitates convertebantur,  
in quibus homines quasi mechanica ratione ju-  
stitiam colunt, atque culturæ et saluti student.

### III.

Conceptus juris civitatis interni porro  
explicatur.

§. 132. Momenta hujus explicationis sunt,  
a) character hujus juris publici *partis* ejusque  
usus, b) discriminus juris civitatis interni a poli-  
ti-

tica philosophica, c) quæstio, qua ratione doctrina juris civitatis civibus plurimum prodesse possit.

### I.)

Definitio et usus juris civitatis interni.

§. 133. Vero civitatis, imperii et subjectionis et utriusque finium conceptu etiam jurium et officiorum imperanti et subditis mutuo competentium notiones continentur; quare hæc jura et officia ad suas proprias rationes, hæ vero ad principium commune revocari possunt. Est itaque systema et scientia eorum jurium et officiorum possibilis, quæ recte nomine juris civitatis interni insignitur. Cum jus civitatis internum explicet, quæ jura et officia ex ipso nexu civili profluant, utilissimum est non imperantibus modo omnibusque, qui sub eorum auspiciis partem aliquam regiminis exercent, sed etiam civibus quibusque in genere, ut rei gravitatem et difficultatem videant, in re maximi momenti non præjudiciis et cupiditatibus sed principiis publice approbatis dirigantur, adeoque patriam suam ejusque caput seu principem diligent et revereantur.

### II.)

Ejus principium et a politica discrimen.

§. 134. Principium juris civitatis naturalis hoc effato continetur: quidquid ex unione civili, adeoque ex essentia et fine imperii et subjectionis vel immediate vel mediate elucescit, ad iura perfecta imperantis et ad officia perfecta sub-

subditorum pertinet. A jure civitatis interno differt politica philosophica, quæ civitates fini civitatis congruentes condere, atque ad juris et prudentiæ ductum gubernare docet. Convertit Politica veritates juris civitatis in problema practica, docetque viam ac modum ea ex fine civitatis solvendi atque in gubernandis civitatibus ad ideam perfectæ civitatis continuo propius accedendi.

### III.)

Qua ratione doctrina juris civitatis maxime frugifera efficiatur.

§. 135. Nullo non tempore a multis, nostro vero a plurimis mentis acies in summam, quæ in civitate aliqua existat, potestatem magnopere intenditur, ut certe apud se et cum suis dijudicent, an fini suo accommodate exercetur. Cum vero nec licito, nec ullo plane modo summa potestas hoc judicium hancque tacitam censuram in subditorum mentibus impeditre valeat, prudentiæ at vero etiam iustitiæ consentaneum est, efficere, ut ea censura ductu principiorum juris civitatis regatur et contineatur. Nulla datur via, qua is finis certius attingatur, quam si ratione et usu probatis juris civitatis principiis civium mentes publica institutione imbuantur, hæcque institutio ad *studium philosophicum* in academiis *tamquam ad portionem viæ communis* futurorum Theologiæ, Jurisprudentiæ positivæ, Politicæ, Medicinæ etc. etc. cultorum referatur. Solida juris civitatis non minus quam religionis cognitio efficax est

est ad civium animos fide obsequioque civilis, nunquam violando, imbuendos.

## SECTIO ALTERA

### De origine et fundamento civitatis.

#### *Conspectus sequentium.*

§. 136. Disquiritur in hac sectione, qua ratione status civilis inter homines invaluerit imperiumque *juris*, subjectio vero *debiti vim* acceperint, quis sit verus civitatis finis, an status hominum tamquam subsiditorum sit status humanitati accommodatus vel adversus, an lucrum vel jactura videri debeat?

#### I.

### Quæstio de origine civitatum historico-theoretica.

#### I.)

Duplex aspectus originis empiricæ civitatum, i. e. tamquam rei in facto positæ.

§. 137. Origo civitatum tamquam factum et quidem primo tamquam factum naturæ considerari debet, ut deinde tamquam factum arbitrii humani considerari possit. Tamquam factum naturæ considerata origo civitatum spectatur, vel tamquam eventus singularis in certis adjunctis exortus, vel tamquam eventus, qui fe-

secundum legem perfectibilitatis tandem ex natura et progressione humanitatis evolvi debuit; prior aspectus originis civitatis empiricæ *historicus*, posterior vero *theoretico-practicus* est. Historici munus, quoad factum originis civitatum in eo, positum est, ut vel ex propria experientia, vel ex historia fide digna enarret, qua ratione singulares vel veteris, vel medii, vel novissimi ævi civitates exortæ sint, Philosophi theoretici munus vero in eo confisit, ut explicet, qua ratione vi proprietatum naturæ humanæ secundum legem perfectibilitatis eo tandem devenire debuerint gentium stirpes, ut civitates enascerentur, subinde conversiones subirent, et tandem pene automatis indolem assumerent.

## II.)

Causæ, quibus civitates tamquam eventus in genere humano naturales ortum suum debent.

§. 138. Hoc de origine civitatum tamquam de re in facto posita, atque vel sub experientiam observatorum, vel sub investigationem naturæ exploratorem cadente, adeoque auctoritate et historiæ et rationis theoreticæ certum est, primos homines non hoc modo in societas civiles coivisse, ut prævie hujus rei pragmaticam et moralem necessitatem perpenderent, eam ad jura sua tutanda prodesse, et a ratione præcipi perspicerent, atque propterea expresso pacto sancirent, verum tantum securitate ipsorum periclitante in rudes et in indigestos quosdam coetus coaluisse, ex his fortuitis familiarum co-

ali-

alitionibus vero successive lege continuitatis et perfectibilitatis societas civiles variarum formarum prognatas fuisse.

§. 139. Primas inter homines societas civiles his modis exortas esse probabile est. Capita vicinarum magis vel minus numerosarum familiarum ad finem mutuae defensionis se coniunxerunt, promissis sibi invicem contra adfessiones externas auxiliis; enatum est hoc modo fœdus familiarum ad securitatem contra hostes externos tuendam. Erat hæc societas sine imperio communi adeoque *anarchia*; auctoritas enim ob prudenteriam et iustitiam in litibus dirimendis aut ob fortitudinem in hostibus repellendis concessa imperium dici nequit. Attamen hoc modo aut *senatus* litium tractandarum aut *imperator* belli gerendi causa exsurgere potuit; nam ea est hominum indoles, ut facile eorum superioritatem et regimen ferant, a quibus securitatis et salutis usuram habent vel sperant. Subinde etiam fortes et callidi viri maxime ex remotis terris advenae aut duces emigrantium coloniarum rudes et incultos hominum greges per agros et silvas dispersos, vel vi et minis compulerunt, vel persuasionibus et promissionibus commoverunt, ut ipsorum agmini adhaerent et legibus latis parerent.

## II.

### Quæstio de origine civitatum practico-juridica.

§. 140. Quæcunque vero demum causæ efficientes et occasioales fuerint, cur vestustissi-

ma *civilia corpora* coaluerint et *imperia* inva-  
luerint, civitatum itaque *originem empiricam*  
perfecerint, per subditorum tamen expressum  
vel tacitum consensum præpotentia præcipien-  
tis *in imperium legitimum*, et obedientia impo-  
tentum *in subjectionem debitam* converti, adeo-  
que *pacto*, quod propterea *sociale* per excel-  
lentiam dicitur, demum *juris et officii perfecti*  
*vim et valorem* adipisci debuit.

## I.)

Indoles et momenta juridica unionis civilis.

§. 141. Pactum, cui civitas, quatenus a ratione præcepta est, originem suam debet, vocatur *pactum civile* seu *unio civilis*. Unionis civilis triplex aspectus est: *primo* singuli cives universis et universi singulis declararunt voluntatem, ut status introducatur, in quo quisque securitatis et juris compos reddatur; hanc declarationem et stipulationem mutuam *pactum unionis* vocant juris interpretes; *deinde* quia status ejusmodi cogitari et esse nequit sine summa potestate, quæ illam universorum voluntatem, *ut justitia manuteneatur*, effectui det, singuli cives universis et universi singulis declararunt voluntatem, ut ejusmodi potestas seu imperium civile introducatur et certæ personæ competat, et forte ab hac certa ratione exerceatur, hanc declarationem *pactum ordinationis* et *constitutionis* appellare licet; *denique* quia imperium sine subjecto esse nequit, cives imperantem denominant eique subjectionem sponbent vel simplicem, vel legibus fundamentalibus determinatam, hanc declarationem *pactum sub-*

*subjectionis* appellant. Hoc modo concipitur origio civitatis ejus, quæ *civitas in idea seu exemplaris* appellatur, quam jus civitatis universale secundum sua constitutiva eorumque functiones explicat et ad quam imperantes *actuales civitates*, in quibus summa potestate possunt, secundum continuitatis et perfectibilitatis legem paulatim emendare tenentur,

II.)

Porismata ex hactenus dictis, i. e. ex cognita practico-morali civitatum origine.

I.)

*An omnes homines obligentur ad statum civilem?*

§. 142. Quare civitas est conglobatio seu nexus familiarum aliorumque hominum sui juris, qui communi imperio *proxime* justitiae, *remote* vero culturæ et salutis causa contineantur. Nexus hic *civilis* et multitudo hominum, qui tali nexu continentur *populus*, *gens*, ejusque vires communi imperio colligatae et gubernatae relate ad alias gentes, *potentia per excellentiam* dicuntur. Civitatem ipsam, quodvis ejus membrum *republicam sensu lato* vocat, quia ad utilitatem singulorum comparata est. Ratio ipsa vi suæ legislationis juridicæ dictat, omnes homines membra civitatis esse, ejusque, cuius membra sunt, existentiam impense conservare debere. Quamquam enim omnes homines jam qua tales, adeoque independenter a charactere civis jura habent, quamquam etiam qui ante

civitates existent aut extra civitates existunt, juribus praediti sunt, deest tamen in statu naturali medium et institutum, cuius efficacia etiam eorum jurium compotes reddantur, *quid enim jura profunt sine potestate, sub cuius nomine iis etiam reapse fruamur?* extra civitatem et imperium deest *lapis lydius*, quo jura a praetextibus dignoscantur, deest *bilanx et mensura*, quibus ea ponderentur et masurentur. *Exactae justitiae causa* homines imperia introduxerunt, nec *minimam* jurium suorum verorum et liberalitatis rationabilis *particulam* hoc modo alienarunt aut amiserunt.

2.)

*An summi imperantes potestatem suam immediate a populo vel a Deo habent?*

§. 143. Minime itaque affirmari potest, civitates adeoque imperia, quæ extra societas civiles non existunt, immediate a Deo constituta esse. Hæc mortalium instituta non alio modo pendent a *providentia divina*, quam aliæ admirabiles hominum inventiones, ut adeoque summa potestas proxime populi consensu constituta dici debeant. Cum vero illa appetitio exactæ inter homines justitiae, quæ in statu naturali locum habere nequit, et rationis humanae juridica legislatio eos quasi manu duxerit ad societatem et potestatem civilem justitiae publicæ causa condendam, negari nullo modo potest, potestatem civilem etiam *divino consilio conditam et divino præcepto constitutam* esse ad humani generis ope exactioris justitiae conservationem et perfectionem; quare cum Im-

pe-

perantes se Dei gratia reges esse et regere dicunt, hoc minime mera curiarum regiarum phrasis videri et dici potest. Neque propter limites, quibus ratio humana circumscripta est, ambiguus potest, an causa societatum civilium, i. e. earum conjunctio cum conservatione et cultura generis humani perpetua vel tantum temporaria sit, an ad illos fines tantum tamdiu necessaria et proficia sit, donec genus humanum eum perfectionis gradum assicutum sit, cuius medium et adjumentum civitates fuerint. Sublatis civitatibus status naturalis redire deberet, cuius, *quacunque demum cultura posita*, ea vis esse non potest, ut sine potestate ejusque organis homines velut per instinctum justitiam exacte colant, atque culturæ et saluti operam dent.

## 3.)

*Potestas civilis utut spectatis suis stirpibus et functionibus triplex esse debet, spectato tam men principio et subjecto non nisi una et individua esse potest.*

§. 144. *Summa potestas*, cuius velut capitis efficientia membra corporis civilis functiones suas obeant, ad justitiæ exactioris in genere humano conservationem atque culturæ et salutis in eo promotionem *pro legislationis juridicæ*, quam Deus rationi humanæ insevit, *interprete et organo* a subditis haberi, ipsa vero *hoc officio defungi* debet; quare hæc potestas, qua nihil *sanctius et exoptabilius* videri potest, triplici speciali primaria potestate et functione, uti vis cogitandi in homine triplici essen-

essentialiter diversa facultate et operatione prædita esse debet, *nimirum* legislatoria, quæ mei et tui, atque agendorum leges ferat et fanciat, *deinde* judiciaria, quæ suum et merita actionum juridica cuique adjudicet, *denique* rectoria et executoria, quæ efficiat, ut quasi automatica ratione omnia illa effectui dentur, atque cives culturæ et saluti sui generis studeant. Hæ potestates tamen non obstante finium et munerum suorum diversitate, uti mentis humanæ primariæ illæ tres facultates (intellectus significatione stricta, judicium et ratio) et operationes (conceptus, judicia et ratiocinia) *unicum principium et subjectum* requirunt, cui insint, ut illarum potestatum et functionum in actuando civitatis fine *debita energia et intima harmonia* exsistat.

# JURIS CIVITATIS NATURALIS

## CAPUT ALTERUM

*Physiologia civitatis seu corporis politici.*

---

*Ambitus hujus doctrinæ.*

§. 145. Cognitis civitatum seu corporum politicorum constitutivis, tamquam eorum materia et structura universalis, jam *functiones primariæ capitis et membrorum in civitatibus, harumque intimæ differentiæ investigari et explicari debent.*

## SECTIO PRIOR

De primariis functionibus corporum politicorum.

---

*Tractandorum recensio.*

§. 146. Quæcunque civitas tamquam corpus politicum non nisi capite seu imperante, ejusque organis et membris seu subditis constat; quare non nisi duplicis generis functiones in corporibus politicis discerni possunt, nimirum functiones potestatis supremæ seu imperantis ejusque organorum, et functiones subjectionis seu subditorum.

*AR-*

## ARTICULUS PRIOR.

### De primariis functionibus summæ potestatis in civitatibus.

---

*Potestas civilis potestatis legislatoriaæ, rectoriæ et judiciariæ triade constare, attamen unitum peculiari subjecto inesse debet.*

§. 147. Summi imperii seu summæ potestatis (Majestatis, Suverenitatis) destinatio est, ut finem civitatis in effectum det, quare suæ destinationi omnimode par esse, adeoque tot et tales peculiares, magis vel minus complexas potestates (jura majestatica) complecti debet, quot et quales ad finem civitatis secundum legem perfectibilitatis effectui dandum requiruntur.

§. 148. Ut finis civitatis effectui detur, atque civitas tamquam corpus politicum instar automatis fini suo accomodate descripta et ordinata sit, atque hoc modo volvatur, tribus peculiaribus potestatibus primariis, nimirum legislatoria atque rectoria et judiciaria opus est. Ex hac triplici potestate, unde supremi legislatoris seu imperantis, supremi rectoris et supremi judicis in civitate nomina ducta sunt, omnes simpliciores potestates, quæ sint vera summæ civilis potestatis attributa, efflorescere debent.

§. 149. Quamquam vero illæ tres potestates peculiares fines spectent, adeoque earum quævis propria principia in obeundo suo munere confectari, et propterea per peculiare or-

ganon (personarum collegium) exerceri debeat, omnes tamen intime unitæ et harmonice actuosæ esse, adeoque unius ejusdemque personæ vel singularis (auctoratoris) vel moralis (senatus Aristorum, comitiorum Populi) auctoritate et nomine exerceri debent; secus hoc eveniet, ut jam legislator, jam rector civitatis alter alterius jura usurpent vel impedian, adeoque res publica turbetur, civitas *hybrida* evadat, et in *perpetuo* revolutionum *periculo* versetur.

## I.

### Potestas legislatoria.

#### I.)

#### Legislationis civilis notio.

§. 150. Summa in civitate potestas imprimis se exferit præscribendo civibus normas res habendi et acquirendi, ac externe agendi, ut sit *Sui* cujusque civis securitas et omnium externe agendi modorum concentus fini civitatis accommodatus, quo respectu ea *potestas legislatoria* dicitur. Hæc potestas ne sit mere arbitaria, sed ea tantum præcipiat, quæ dictante ratione cunctos cives velle oporteat, hunc sibi scopum præfigere debet, ut *legislationis juridicæ et pragmaticæ*, quæ humanæ rationi insita est, *dictamina* tamquam *leges publicas* fanciat.

#### II.)

## II.)

## Legum civilium genera.

§. 151. Exercitium hujus potestatis, cuius optimum modum Politica tradere debet, cognitionem Anthropologiæ, Historiæ atque Juris, Ethicæ et Theoriæ prudentiæ requirit. Omnes leges civiles ad duo genera redeunt; nimirum: 1) *ad leges juridicas* (Jus iuris), quæ sunt vel a) *civiles strictius*, quæ Meum et Tuum concernunt (Jus privatum. Ordo judiciarius), vel b) *criminales seu pœnales*, quæ crima seu delicta eorumque pœnas definiunt (Jus criminale, processus criminalis), 2) *ad leges pragmáticas seu politicas*, quæ vel a) securitatem et commoditatem vitæ, vel b) decorum externum et rem educatoriam ac scholasticam, vel denique c) religionis negotia concernunt.

## III.)

## Peculiaria legislationis civilis jura.

§. 152. Ad potestatem legislatoriam hæc peculiaria jura præcipue pertinent: 1) Jus omnium illorum generum leges ferendi et *codices* confiandi, atque illas leges finibus peculiari bus ac naturæ animi humani et indoli characteris populici accommodate finciendi; 2) Jus leges prave intellectas interpretandi, alias abrogandi iisve derogandi, aut ab iis unum vel plures casus salvo civitatis fine eximendi, adeoque *dispensationes et privilegia* impertiendi. Leges vero civiles in conscientia et non nisi publice promulgatae obligant, adeoque earum conseqta.

taria non nisi in ea, quæ post earum promulgationem facta sunt, cadunt.

## II.

### Potestas judiciaria.

#### I.)

##### De potestate judiciaria civili.

§. 153. Normis de Meo et Tuo, atque delictis horumque poenis constitutis ad summam potestatem, jam pertinet lites de Meo et Tuo oriundas disceptare et decidere, et delicta commissa cum criminalia tum politica inquirere, eorumque auctoribus legalia consectaria impunitare, quo respectu ea *potestatis judiciariæ* vim et nomen habet. Jus potestatem judiciariam, ejusve genus aut generis partem exercendi dicitur *jurisdictio, forum*, sive ab ipso imperante tamquam *judice supremo*, sive ejus nomine exerceatur, estque vel civilis vel pœnalis, hæcque vel criminalis vel politica.

§. 154. Absque *cognitione causæ* hujus *decisio* fieri nequit, qua suum cuique attribuatur, qui est potestatis judiciariæ civilis finis; inest itaque in potestate judiciaria jus causas civiles subditorum controversas cognoscendi et sententias, quibus eæ decidantur, ferendi ac exsequendi. Quare *judicium civile* 1) est disceptatio coram judice facta, 2) constat tribus personis: actore, judice et reo, 3) ejus ordo naturalis consistit in a) actoris petitione b) rei exceptione vel quoad factum, vel quoad jus, c) pro-

probationibus earumque elisionibus, denique  
d) sententia ferenda.

## II.)

### De potestate judiciaria pœnali.

§. 155. Circa potestatem judiciariam pœnalem præcipue in jure civitatis quæri debet, an potestas summa, tamquam legislatrix torturam, tamquam medium eruendi delicta aut immunitatem a delictis, præscribere, atque pœnam capitalem in certa delicta vi principii juris constitutæ valeat.

§. 156. Tortura proprie est actus, quo corpus de crimine graviore valde suspecti tormentis horribilibus subjicitur, ut ad facti confessionem adigatur. Qui torquetur, malum perfert perpessionis ob malum actionis nondum satis probatae. Fide vero historica constat, complures dolore intolerabili compulsos, criminis infamia mentitos esse, alios vero extremos potius cruciatus pertulisse, quam ut crimen confiterentur, in quod atrocissima pœna constituta fuit. Cum vero imperantis et potestatum quarundam minorum in civitate subinde in ordine ad fines civitatis valde interesse possit, ut de aliorum quorumdam veracitate et fide, quam potest maxime, moraliter certi sint, aliorumque, ut illos de ea re certos efficiant, quod fit per juramenta, cur justum aut licitum esse dubitemus, ut ab imperante vel magistratu talia juramenta deferantur, ad quæ vero illud purgatorium juramentum, quod *torturam spiritualem* appellant, ob gravem pejerationis metum manifeste non pertinet.

§. 157. Pœnarum positivarum notionem et necessitatem, præterea juris puniendi necessitatem et fundamentum, deinde fines, quibus obtinendis pœnæ positivæ inservire debeant, porro requisita pœnarum positivarum, quæ juste sint, earumque mensuram ex Philosophia practica universali §. §. 103—116 supponere et repetere licet. Ad potestatem summam etiam *jus vitæ et necis seu jus gladii* pertinere asserunt multi, sed non satis probant, cum nullum principium evidens et adæquatum constituant, quo nixa potestas legislatoria in certa delicta pœnam mortis constituat. Quod si vero legislatio in hac re non temere versetur, verum criminum genera assignet, a quibus evidenter tantum mortis pœna satis cohibere et deterrere, atque civitatem satis securam reddere valet, eam in hæc delicta pœnam capitis recte constituere, adeoque jure gladii pollere, confitendum est.

### III.

#### Potestas rectoria et executorialia.

§. 158. Legibus omnis generis ductu principiorum justi et boni latis atque idonea sanctione munitis, præterea judiciis (Gerichten) omnis generis procedendique modis, qui in iis ferventur, stabilitis, potestas summa efficere debet, ut omnes ejus leges et ordinationes ab ejus organis seu potestatibus minoribus et a subjectis velut naturales leges custodiantur omniaque in civitate velut in automate, fini proprio et communi accommodato ordine et cursu consistant

et

et procedant, quo respectu ea *poteſtatiſ rectoriæ, gubernatoriæ et exſecutoriæ* vim et no-  
men habet. Hæc potestas plura jura complec-  
titur, quorum præcipua ſunt ſequentia:

## I.)

*Jus munerum, jus dignitatum et jus inspiciendi.*

§. 159. Ut imperans varias suas potesta-  
tes harumque functiones exerceat, varias po-  
tentias minores, variis magistratus, varia mu-  
nera, pro diversitate caufarum et negotiorum  
civilium eorumque invicem relationis conſti-  
tuere, ſibique aut ſolum coordinare aut ſubordi-  
nare, aptas i. e. ingenio, ſcientia, ſolertia et  
recta voluntate prædictas personas, i. e. conſi-  
liarios, judices, officiales ad ea admovere  
debet.

§. 160. Omnibus muneribus publicis jam  
per ſe adhæret quædam dignitas et honor,  
quia personæ, quæ ea obeunt, relate ad offi-  
ciales minores et cives iis ſubordinatos Supe-  
riorum auctoritatem habent, ut adeoque offi-  
cialium dignitas a munere et magistratu, quo  
funguntur pendeat. Honores et dignitates illas,  
quæ non muneribus publicis adhærent, verum  
ſine munere et ſtipendio publico locum habent,  
quas *titulares* dicere licet, et ad quas ſpeciatim  
*nobilitas* pertinet, quæ per maſculos ad poſte-  
ros propagatur, impertiendi jus ſummo impe-  
ranti competere dubium videri nequit, ut po-  
ſteri ad majorum virtutes et merita æmulanda  
ſtimulentur, præcipue cum poſteriorum tituli, si  
etiam propriæ præſtantiae et virtutes defint, nec  
ple-

plebejis, nec civitati obsint, sed, si divites sunt, plane profint.

§. 161. Ut potestas summa innumeris, quæ civibus et civitati enasci possunt periculis tempestive occurrat, ut præterea cognitum habeat, an potestates minores muneribus suis rite fungantur et subditorum vivendi rationes finibus civitatis non aduersentur, *inspectionis* et *politiæ* cum *sublimioris* tum *ordinariæ* potestates ei competere necesse est; per harum potestatum organa, *scientiæ* et *probitatis* *insignis* virtutibus prædicta, imperantis supremi numen quasi ubique præfens et actuosum est, atque efficit, ut cives, qui diversissimas sentiendi et volendi rationes fovent, nocere, certe diu nequeant.

## II.)

Jura circa bona civitatis. Potestas tributorum et cameralis.

§. 162. Imperanti vi potestatis rectoriæ etiam varia jura in et circa bona civitatis competunt. Sunt vero *bona civitatis* universe, quæ quounque demum modo ad civitatem pertinent, adeoque vel *publica* vel *privata*; quare ad bona civitatis referuntur: 1) *territorium civitatis* cum locis incultis et desertis ac adjacente mari; intuitu territorii civitatis imperans dicitur *Dominus territorii*, gaudetque jure extraneos tamquam incultorum locorum colonoſ admittendi. 2) *Bona immobilia* privatorum sive *singulis*, sive *universitatibus* competentia; intuitu horum bonorum imperans leges statuit, qua ratione haberi, alienari et acquiri possint,

ne-

neque ullis privatorum dispositionibus ita strin-  
gitur, ut eas v. g. fundationes, bona ecclesi-  
astica etc. penitus mutato rerum statu et exigen-  
te quacunque civitatis necessitate mutare ne-  
queat. 3) *Ingenii et artis dexteritates et opera*,  
quibus cives civitati saepe plus profunt, quam  
bonorum immobilium possessores. Intuitu illo-  
rum competit imperanti *jus censuræ*, vi cuius  
regulas censurandi et ceniores constituit.

§. 163. Ad vitam imperantis ejusque do-  
mus pro dignitate sustentandam, præterea ad  
stipendia officialium et militum procuranda, alia-  
que innumera instituta sustentanda opus est sum-  
tibus adeoque reditibus. Quatenus bona civi-  
tatis publica ejusque reditus ordinarii ad sum-  
tus pro negotiorum publicorum administratione  
faciendos non sufficiunt, ut finis civitatis obti-  
neatur, imperantis est determinare, quantum  
cives de bonis suis privatis vel ordinarie vel  
extra ordinem conferre debeant, cum civitas  
iis possessionem et usum bonorum securum et  
bonorum publicorum fruitionem, præterea se-  
curitatem et media præstet, ut ingenia sua ex-  
colant, atque ita artes lucrosas exerceant; qua-  
re imperanti competit *jus tributorum et pote-  
stas cameralis ac financialis*, quam vocant.

### III.) -

#### *Jus armorum et jus eminens.*

§. 164. Quoniam effici nequit, ut securi-  
tas interna et externa sine armatis vigiliis et si-  
ne armato exercitu perdurabili ratione obtineat-  
ur, ad potestatem rectoriam et executoriam  
etiam *jus armorum et belli* pertinere conseq-  
uirur.

tur. Habet itaque imperans jus armatos vigilantes alendi, milites legendi, fortalitia exstruendi et re tormentaria ac præfidiis muniendi, armamentaria instruendi etc. etc., habet jus armatæ sequellæ ( das Recht des Aufgeboths, des Landsturms ).

§. 165. Quod si civitas in statum extraordinarium deveniat, in quo summus imperans salutem publicam et privatorum omnium simul conservare nequit, jura ei nascuntur extraordinaria ordinariis opposita *juris ac dominii eminentis* nominibus nota; vi posterioris imperans de bonis privatorum pro ratione necessitatis ineluctabilis disponit, v. g. eorum domos diruendo, in eorum agris calira metando etc. etc. vi prioris disponit de ipsis personis eas ad bellicos usus adhibendo etc.

## ARTICULUS POSTERIOR

*De primariis membrorum civitatis functionibus.*

### I.

Quinam in civitate degentes proprie ci-  
vies sint?

§. 166. Non omnes, qui in civitatis territorio existunt ejusque tutella et commodis fruuntur, jam propterea pro civibus et immediatis ejus membris haberi possunt, quamquam summae potestati *subditi* sint, sive *perpetui*, uti filii et filiae et famuli ac famulæfamilias, sive tem-

rarii, qui peregrinantes vel animo redeundi in aliarum civitatum territoriis hospitio fruuntur; hi omnes obligantur a turbanda securitate abstinere, pactis vero et læsionibus debitores et reos se reddunt.

§. 167. Omnes, qui in civitate alicujus familiæ *capitis superioritati* subsunt, subditi sunt ejus civitatis, quare ab imperante ad militem aliquosque labores publicos adigi possunt, si non sint peregrini. Imperans in regula juste prohibere non potest, ne ejus subditi aliena territoria visitent, extranei vero in ipsius territorio peregrinentur et hospitio fruantur; at posita necessitate suos *avocare* et extraneos *remove-re* potest. Extranei in alieno territorio existentes: 1) tenentur legibus in ipsos peregrinos lati, 2) tenentur propter facta singularia, si nimis contrahant cum civibus, vel si delinquent, 3) tenentur præstare onera usui publicarum rerum annexa.

## II.)

### Conditiones et attributa civium proprie talium.

§. 168. Civis verus est, qui ad continuo renascentem unionem civilem immediate concurrit; cum vero ad primitivam civilem unionem tantum mares, qui sui juris erant, concurrerunt, etiam ad eam, quæ continuo renascitur, non nisi patresfamilias et homines sui juris concurrunt; quare fæminæ, liberi et famuli, qua tales, cives proprie non sunt, sunt tamen veri subditi summæ potestatis. Qui itaque cives sint, suæ potestatis, suæ tutellæ seu sui juris esse debent. Bonorum immobilium posseſſio

sio et pecuniæ copia non requiritur, ut quis ci-  
vis sit; scientiæ et artes adeoque, qui his pol-  
lent, civitati sæpe plus, quam illi opulentii pro-  
funt.

§. 169. *Hæc* civium *propria* sunt, ut qua-  
tales sint et a se invicem independentes et in-  
vicem æquales; nullus enim præter summum  
imperantem nisi hujus nomine et auctoritate  
civi quidquam præcipere et injungere potest,  
in ceteris omnimode suæ spontis, sui arbitrii  
est. Cives vero etiam hoc *glorioso* et *lætabili*  
*sensu* vere liberi sunt, quod jussis et postulatio-  
nibus summæ potestatis obsequentes ejusmodi  
legibus morem gerant, quas iphi, si non *privatae*  
*cupiditatis* sed *communis rationis ductum*  
sequantur, velle et approbare tenentur.

## II.

Quænam sint communia civium et sub-  
ditorum officia et jura?

### I.)

Recensio illorum officiorum et jurium ducta a  
summo ea cognoscendi principio.

§. 170. Omnia civium jura et officia du-  
cuntur *a fine civitatis*, ut non privata opinio,  
cupiditas et potentia sed publicæ leges et po-  
testates dominantur, et *a destinatione* summæ  
potestatis, ut justitia et salus publica manu te-  
neatur et promoveatur; hæc sunt *evidens* et  
*adæquatum* omnium jurium et officiorum civi-  
lium *principium*.

§. 171. Quare non modo civibus sed etiam ceteris subditis, et negativa et affirmativa officia, et jura incumbunt et competit intuitu imperantis, cujusmodi officia et jura partim communia partim propria sunt; *communia* ex essentia boni et subjectionis communis, *propria* ex proprio cujusque vitae genere aut munere fluunt. *Principium cognoscendi officia et jura communia* est: actiones et postulationes tuas erga summam potestatem ita institue, ne ejus functionibus et finibus adversentur: *principium vero cognoscendi officia et jura propria* est: nullum ambias vitae genus, aut munus, ad quod idoneus non es, quam vero spartam nactus es, qua minister, consiliarius, judex, quæstor, religionis vel scientiarum magister, miles &c. &c., hanc ornes, hujus functiones religiose obeas.

§. 172. Omnia civium et subditorum officia dupli fundamentali officio et virtute continentur nimirum: 1) *obedientia civili*, quæ posita est in obligatione et alacritate voluntatis ad omnia ea observanda et efficienda, quæ sunt a summa potestate vel ejus auctoritate præcepta vel injuncta; 2) *fide civili*, quæ posita est in obligatione et promitidine non modo læsiones evitandi et commoda non intervertendi, sed hæc potius data facultate et occasione impense promovendi. In solemni illo actu, qui *homagium* (Huldigung) dicitur, non primo cives obligationem obedientiæ et fidei civilis suscipiunt, verum novo imperanti sinceram omnium officiorum custodiam spondent et vovent.

## II.)

Recensio illorum officiorum et jurium ordine  
trium summæ potestatis functionum.

§. 173. Officia et jura civium non alio  
rectius et plenius ordine exhiberi possunt, quam  
ordine trium primariarum imperii potestatum  
et functionum, quas non solum nullo modo im-  
pedire, verum potius omni modo promovere  
tenantur.

## 1.)

*Officia et jura subditorum circa potestatem le-  
gislatoriam.*

§. 174. Obligantur cives ad sincere obse-  
quendum omnibus imperantis et magistratum,  
eiusque vicariorum legibus et dispositionibus, et  
quidem non tantum *formidine pœnæ*, sed *in  
conscientia*, atque ex reverentia erga legisla-  
tionem civilem tamquam *ordinationem divinam*.  
At vero etiam jure ab imperante, eiusque vi-  
cariis sufficientes et perspicuas ab evidenteribus  
justi principiis ductas leges exoptant, ne *privatae  
cupiditates et opiniones*, sed *publicæ leges  
et sententiæ* jus definiant, atque salutem publi-  
cam non *fortuna* sed *sapientia* operetur. Offi-  
cia erga potestatem legislatoriam violant cives  
maxime leges fugillando, earum vitia perstrin-  
gendo et exaggerando, obsequiumque iis sub-  
trahendo.

2.)

*Officia et jura subditorum circa potestatem judiciariam.*

§. 175. Obligantur subditi abstinere ab omni nefario ausu contra potestatem judiciariam, quæ civibus secundum leges et ordinem judiciorum in publicis et privatis causis et actionibus jus et meritum dicit. Huic juri detrahunt cives, si aliunde jus petant, quam a principe suo et magistratibus ab eo constitutis, si a decisione sui principis ad extraneum provocent, si respuant judices et ordinem judiciorum ab eo siabiliatum, si jussu principis vel judicis incarcerandos liberent, si ausu privato sibi jus dicant et injurias sibi illatas ipsi ulciscantur &c. &c. Sed habent cives jus desiderandi, ut potestas judiciaria ipsorum connata et acquisita jura tueatur, ut judices exacte secundum litteram legum sententiam ferant, atque ne officiales intra circuitum sui munericis despoticas agent &c.

3.)

*Officia et jura civium circa potestatem directoriam.*

§. 176. Subditi obligantur non modo, ne nihil agant, quo functiones multifariæ hujus potestatis impedianter et frustrentur, verum etiam, ut omnia ea agant et præsentent, quæ necessaria sunt, ut potestatis hujus consilia et ordinationes fini civitatis accommodate effectui dentur. At habent 1) jus petendi, ut magistratus et officiales intra potestatis et munericis sui fines contineantur, 2) jus gravamina demisse

misso exponendi, 3) jus defectus extantium ordinationum et vitia magistratum et administrationum reverenter indicandi, ut princeps prioribus reformando, posterioribus vero coercendo occurrat. At in nullo casu subditis jus competit principi et magistratibus refragandi et resistendi, quia sunt organa vitae civitatis tamquam corporis politici.

## SECTIO POSTERIOR.

De discriminibus corporum politicorum  
maxime fundamentalibus.

*Tractandorum recensio.*

§. 177. Quamquam summum imperium ad essentiam cuiusvis civitatis pertineat animaque corporum politicorum constitutat, varia tamen circa illud discrimina salvo horum juris valore occurrere possunt, quae *partim* modum, quo illud in civitate locum habeat, *partim* modum, quo illud per leges fundamentales exerceatur, afficiant. Stabilitio horum duorum momentorum, quae in quavis civitate per pactum illud ordinationis et subjectionis fit, dicitur *constitutio*, quae intuitu primi momenti *forma imperii*, intuitu alterius vero momenti *forma regiminis* appellatur.

## ARTICULUS PRIOR

*De differentiis civitatum quoad imperii formam.*

---

*Formæ imperii civilis definitio et divisio.*

§. 178 Forma imperii in civitate posita est in modo, quo summa potestas in corpore politico locum habet; hic modus afficit subjectum, quod in civitate illa potestate potitur. Est nimirum spectato subjecto, quod summa potestate potitur, civitas vel *monarchica* (monocratica, autocratica), vel *aristocratica*, vel *democratica* et quidem vel *simplex* vel *mixta*, quæ posterior non semper potentum usurpationibus nata videri potest.

## I.

**Civitates monarchicæ.**

§. 179. In civitatibus monarchicis, quas nunc monocraticas et autocraticas appellant, summa potestas uni singulari personæ seu *Principi* competit. Est hæc simplicissima civitatis forma et structura corpori humano maxime analoga, quia non nisi unius hominis tamquam imperantis relationibus ad populum, i. e. ad complexum subditorum continetur. In hujus formæ civitatibus maximus esse potest illarum trium potestatum earumque functionum, nimirum legislationis, jurisdictionis et administratio-

tionis concentus, quia per separata debiteque invicem coordinata et subordinata collegia, et per selectos ac imputationi et amotioni obnoxios viros sine partium studio exerceri possunt. Quod si princeps hereditarius *grandi suo fini* accommodate erudiatur et educetur, atque ab eo assentatorum, hypocritarum et machiavellistarum contagium arceatur, omnis formido cefsat, eum *quia omnem, irrestrictam et irrefragabilem potestatem habet*, hac abusurum esse.

## II.

### Civitates aristocraticæ.

§. 180. In civitatibus aristocraticis summa potestas *optimatum senati* competit. Hæc civitatis forma jam magis complexa et complicata, adeoque abusuum periculis magis exposita est. Summa potestas optimatum complexui tamquam unitati seu personæ morali competit; sunt itaque optimates in dupli relatione, nimirum primo invicem tamquam complementa unius totius, nimirum senatus aristocratici, cui summum imperium, qua tali, ineſt, et secundo hujus senatus tamquam imperantis ad populum. An in Aristocracia illæ tres potestates ita exerceri possunt, ne altera in alterius messem falcem suam immittat? An personæ, futuræ senatus imperantis partes, fini suo tam accommodate educari possunt quam in monarchia?

## III.

## III.

## Civitates democraticæ.

§. 181. In civitatibus democraticis summa potestas est penes populum (complexum civium, subditorum?). Est democratia vel pura, quæ tantum in civitates valde exiguae cadit, si legislatio et subinde etiam jurisdiction in comitiis populi exercetur, vel *repræsentativa*, quam olim crypticam aristocratiam diximus, si per eos, qui sunt a civibus in eorum congregacionibus primitivis deputati, elegantur illi, qui vel singuli vel in collegiis congregati illas tres potestates separatim exerceant. Abnormis videri debet civitatis forma, in qua idem populus legislator, judex et simul subditus et judicandus est; certe nulla civitas vi naturæ suæ et historia teste civitates præcipue valde amplas frequentioribus et magis horrificis periculis (anarchiæ, ochlocratiæ, oligarchiæ) exponit, quam democratica.

## ARTICULUS POSTERIOR.

*De differentiis civitatum, quoad regiminis formam.*

---

*Formæ imperii a forma regiminis discriminæ.*

§. 182. Imperii forma per se est instar literæ, adeoque etenim adhuc indifferens, certe nondum illegitima et injusta videri potest, quia tan-

tantum subjectum, cui summa potestas inest, non vero modum, quo ea actu exercetur innuit. Hic modus, qui est instar spiritus in corporibus politicis dicitur *regiminis forma*, quæ adeoque necessario justa vel injusta est.

## I.

### De arbitrario et legitimo civitatum regimine.

§. 183. Arbitrariam et despoticam regiminis formam juris interpretes ante Ethicam criticam ibi adfuisse affirmarunt, quæcunque alias fuerit imperii forma, ubi subjectum summæ potestatis pro pathologico suo arbitrio, adeoque sine respectu ad principia juris et fines civitatis leges sententiasque ferebat, atque cogendi jus adhibebat. At doctrina juris criticorum philosophorum in civitatibus monarchicis regimen arbitrarium et despoticum locum habere posse contendit, quia monarcha, qui omni et plane irrefragabili potestate se potiri videt, hanc ob causam adducitur, aut certe facile adduci potest, ut pro arbitrio non rationali sed pathologico potestatem decernendi, judicandi et dirigendi exerceat, cum fundus et limes immobilis desit, vi cuius potestas summa non nisi legitime exerceatur.

§. 184. Illas ob causas *doctrina civitatis juris critici* diserte ad legitimam imperii et regiminis formam, quam *republicanicam per excellentiam* appellat, hoc requirit, ut in ea is, qui summa potestate potitur, omnia sed solum ea efficere et valeat et stringatur (physice vel

mo-

moraliter?), per quæ finis civitatis obtineatur, et quæ ipsi cives, si rationem communem et non privatam cupiditatem audiant, velle tenentur; id vero alia ratione obtineri non posse, hac vero certo obtineri contendit, si potestas legislatoria, directoria et judiciaria dirimantur, populique nomine aliis in civitate legislatoria, alias judiciaria et alias rectoria potestate potiatur, judex vero et rector civitatis (rex, directorum, consulatus) legislatorio senatui, tamquam *vero imperanti* (qui tamen a populo delatam potestatem habeat?) subdit, et *ab hoc* ad rationem reddendam compelli possit. *Hujus repræsentativi systematis*, quod dicunt, cum *idea* tum *fundamentum* falsis et precariis sumptionibus nititur, nimirum:

§. 185. 1. Vi unionis civilis summam potestatem penes populum tamquam subjectum ideale esse. At per unionem civilem materia solum non vero fabrica corporis politici, i. e. ejus caput et membra posita sunt. 2) Summam potestatem non tantum spectatis suis functionibus, verum etiam spectato subjecto trinam et diremtam esse posse; atque hoc modo effici, ut tres personæ, quarum quævis una tantum illarum potestatum potiatur, sua quævis potestate uti, nullo modo vero abuti possit. Quæ omnia falsas et innanes hypotheses esse, ex hactenus dictis facile intelligitur.

## II.

## De illimitato et limitato civitatum regimine.

§. 186. Hoc civitatum quoad regiminis formam discriminē satis frequens est, quoad imperans non tantum natīvis per rationis legislationem stabilitatis, verū etiam positivis per leges fundamentales sanctis limitibus in exercitio potestatis suae circumscribatur. Quod posterius tum locum habet, cum per constitutionem civitatis definitum est, quae personae (magnates, communitates e. s. p.) et in quorum jurium majestaticorum exercitio (juris leges ferendi, tributa imponendi etc.) concurrere et consentire debeant. Cum imperans summam potestatem contra nativos per finem civitatis, aut per constitutionem positos limites *in detrimentum civitatis* adhibet, despota propriè dici potest. Personae ad quarum concursum et consensem exercitium certorum jurium majestaticorum adstrictus est, quoad illum concursum et consensem ab imperante sunt independentes, quamquam in ceteris ejus subditi sint.

§. 187. Vocatur illud jus vi constitutionis competens in exercitio legislationis et tributorum impositionis etc. *libertas politica*, a qua diversa est *libertas civilis*, qua sub omni legitimo imperio subditi frui possunt. Hæc posterior posita est in eo, 1) ut imperans nullas alias leges ferat, nullas alias ordinaciones faciat, quam eas, quas finis et salus civitatis postulat; 2) ut subditi omnia illa agere possint, quae legibus et ordinationibus extantibus

bus atque fini civitatis adversa non sunt. Li-  
tatis politicæ nomen præterea etiam hoc deno-  
tat, quod cives nullis aliis legibus et ordinatio-  
nibus pareant quam illis, quæ ab ipsorum de-  
putatis et repræsentantibus immediate vel me-  
diate latæ et decretæ sunt, et libertatis civi-  
lis nomen etiam hoc innuere potest, quod sub-  
diti nullis aliis legibus pareant, quam iis, quas,  
utpote ab imperante ex legislatione juridica  
rationi humanæ insita hauftas, ipsi per rationem  
communem velle et approbare obligantur;  
quare libertas civilis sine politica et politica  
sine civili esse potest, atque prior posteriore potior,  
lætabilior et gloriosior censeri debet.

§. 188. Quæ in quacunque civitate obtinet  
imperii et regiminis forma empirica et statuta-  
ria est, quia aut observantia immemoriali aut  
legibus fundamentalibus nititur; quare per hæc  
solum duo fundamenta definitum est: 1) qua ra-  
tione ad imperium perveniantur, quo respectu  
civitates præcipue monarchicæ seu regna in  
electiva et hereditaria dividuntur; 2) quinam  
in regno electivo durante interregno regni pro-  
visores, qui novi imperantis electores esse de-  
beant; 3) qui et quo ordine in regno heredi-  
tario succedere, qui durante regis minorenitate  
hujus tutor et regni administrator esse debeat.  
Hæc itaque et similia non in jure civitatis uni-  
versali, verum in jure cuiusvis civitatis particu-  
lari tradi debent.

## JURIS UNIVERSALIS PUBLICI

## PARS ALTERA

## JUS NATURALE GENTIUM.

*Notio, principium, partitio et usus insignis juris gentium.*

§. 189. Gentis nomen, quod juris gentium appellationem ingreditur, quamvis civilem hominum societatem seu civitatem denotat. Civitates sunt personæ morales, quibus itaque jura et officia mutuo competunt, quæ sunt vel *a natura*, vel a conventione, sive expressa, sive tacita seu *observantia*. Systema jurium externorum a natura gentibus seu civitatibus erga se invicem competentium vocatur *jus gentium* seu *jus civitatis externum naturale*; quare accurate perpendendum est, an aliquid gentibus erga se invicem per *jus naturale gentium*, vel tantum per *Ethicam*, vel per *pacta*, vel per *observantiam*, vel denique per *prudentiæ regulas* liceat.

§. 190. Fundamentum omnium jurium externorum gentibus et civitatibus erga se invicem et extraneos a natura, i. e. per legislationem rationis juridicam competentium positum est in illo *per se evidenti officio*, ut turbationem et immiuationem humanæ perfectionis invicem vitent. Hoc officium hominum invicem non cessat propterea, quod ii in societas et



et civitates conjuncti sint, verum pro objecti diversitate differt; quod enim in jure privato extrafociali sunt singuli homines, hoc in jure gentium sunt singulæ civitates erga se invicem spectatæ. Ex illo per se evidenti officio efflorescit jus illud primigenium: non patiendi, ut perfectio humana in propria vel alterius persona impediatur vel diminuatur, cum suis prioribus et remotioribus consectariis, quæ sunt jura determinatoria, adeoque simul sumpta jus naturale gentium constituunt, ut adeoque jus naturale gentium et jus hominum privatum extrasociale non spectato suo principio differant, sed tantum in eo a se invicem rececant, quod negotia singularium et moralium personarum, i. e. gentium earumque media differant, quodque jura singularium hominum privata, in civitates vero collectorum publica sint.

§. 191. Naturalia gentium uti hominum jura sunt vel absoluta, vel hypothetica, quare jus naturale gentium recte in absolutum et hypotheticum dispescitur. Judicia, an aliquid jure fieri possit, et an aliquid pro conditione sua fieri expedit, toto cœlo differunt, uti in singulis hominibus ita etiam in singulis civitatibus erga se invicem consideratis. Quod si gentes earumque capita in iis, quæ erga se invicem moliuntur, hoc altero judicio tamquam principio regantur, potentiores et callidos multa nefario ausu moliri necesse; quare quæstio an aliquid genti erga alteram liceat, ex jure gentium et non ex politica, quæ alioquin falsa foret, decidi debet, quæ enim juri gentium

tium, adversa sunt, vere et stabili ratione pro-  
delle nequeunt, quia vi et dolo nituntur.  
Qui jura aliorum suis emolumentis immolat,  
humanitati terribilis est, eamque adversus se  
concitat. Juris gentium intelligentia imbutus  
perspicere valet, an imperantes plurium civi-  
tatum ex reverentia erga jura gentium vel ex  
cupiditate propriæ utilitatis (jus convenientiæ.  
Raison d'etat) agant egerintve.

## CAPUT PRIMUM.

### *Jus gentium naturale absolutum.*

---

*Gentibus a natura jura erga se invicem com-  
petunt, sed tantum negativa. Stringuntur  
etiam humanitatis officiis sed sine effectibus  
juridicis. Jurium absolororum gentibus in-  
vicem competentium radices.*

§. 192. Obligantur homines ad societa-  
tes civiles ineundas et ad imperia constituenda,  
ut usus jurium connatorum compotes effi-  
ciantur. In civitate et sub imperio commu-  
ni existentes non perdunt nec imminuunt ju-  
ra primitiva se conservandi et perficiendi, ve-  
rum securiora et efficaciora ea reddunt; qua-  
re gentibus jus ad omnia illa competit, sine  
quibus civitates media esse non possent secu-  
ritatis jurium cunctis hominibus competen-  
tium, eorumque culturæ et salutis. Quam-  
quam vero civitates earumque imperantes rem

magnam sibi invicem praestant, si ab omni læsione abstineant (quod ab imperantibus ipsis, qui in suis læsiones et injurias strenue vindicant, multo propius exspectare licet, quam ab aliis quibuscumque institutis), tamen alia saepe alterius auxilio indiget; quam ob rem voluntatem divinam agnoscere debent, ut sibi invicem opem ferant et promereantur. At jura ab his ethicis officiis et prudentiae regulis pendentia non pertinent ad jus gentium, sed ad Ethicam et Politicam, quæ privatis atque publicis personis opposita præcipere aut consulere nequeunt. Omnia gentium absoluta iura duobus primitivis juribus continentur, nimirum jure characterem civitatis independentis tuendi, et jure se conservandi statumque suum emendandi et perficiendi.

## SECTIO PRIMA.

De jure gentium characterem civitatum liberarum tuendi.

### I.

Jus libertatis et æqualitatis juridicæ gentibus competens.

§. 193. Cum homines obligentur in publico juris et securitatis statu vivere, adeoque in societatibus civilibus sub communi imperio in terræ tamquam communis domicilii superficie existere, consequitur gentibus jus com-

competere characterem civitatum ab alterius arbitrio independentium et juridice æqualium tuendi. Gentes et civitates itaque earumque imperantes non dependent alter ab alterius arbitrio et potestate, sed invicem in statu naturalis libertatis et æqualitatis exsistunt; nulli imperanti legislatoris aut judicis, tutorisve auctoritas in aliarum civitatum imperantes competit, quivis in agendo judicium et arbitrium in juridicam rationis legislationem intentum suppressis cupiditatis privatæ illecebris sequatur, cum nec jus fortioris nec melioris ullum esse possit. Nulla itaque etiam gens, nullus imperans plura negativa jura habet, quam alter; nulla enim, cum idem sit omnium essentialis character et scopus, foret idonea ratio cur alteri plus juris et minus obligationis competit. Quare gentibus earumque imperantibus perfecta relate ad se invicem juridica æqualitas, adeoque jus competit non patiendi, ut alter majora jura et minores obligationes sibi adroget.

## II.

### Confectaria præcipua a gentium libertate et æqualitate juridica pendentia.

s. 194. A natura inter gentes liberas, civitatumque rectores nulla datur prærogativa vel præcedentia, quæ vi extorqueri possit; nam gentis antiquitas, major potentia vel fortitudo, scientiarum et artium cultus insignior, civitatis forma excellentior, aut religio purior per se nullos habent effectus juridicos. Præterea

rea nexus feudalis aut clientellæ inter duos imperantes, porro prærogativa et honor ab uno alteri exhibendus, aut pensio ab uno alteri præstanta, denique unius imperantis in alterius territorio exsistentia, aut ab altero in captivitate detentio independentiam (souverainitatem) gentis et summitatem imperantis non tollit.

§. 195. Quævis civitas, cuiusvis civitatis imperans ad insigniendam suam summitatem et potestatem quoscunque titulos intra territorium suum assumere et a suis postulare potest; at ab aliis civitatibus, ut eundem titulum sibi tribuant, exigere nequit. Habet præterea jus postulandi, ne alii ejus negotiis publicis se immisceant, ne propter regiminis formam, propter modum Dei colendi, propter gravamina quorumdam subditorum, propter pacta cum altero inita, aut propter bellicum auxilium ei præstitum e. s. p. ei molestias faceant. Injusta sunt bella religiosa, punitiva, subjugatoria, internecina e. s. p.

## SECTIO ALTERA

De jure gentium se conservandi et perficiendi.

### I.

Fundamenta et limites hujus juris.

§. 196. Sunt civitates media et instituta ad fines rationis, voluntatis et divinitatis necessarios consequendos; quare eas jure potiri necesse est, ut suæ subsistentiæ et integritati, atque emendationi et perfectioni impense studeant.

Ha-

Habet itaque gens quævis **jus** suam constitutio-nem tuendi, atque suam regiminis formam pau-latim emendandi; habet etiam jus imperii et regiminis formam mutandi, certe hujusmodi rerum conversio aliis injusta videri nequit, si cum ipsarum læsione conjuncta non est.

§. 197. Habent itaque cunctæ gentes non tantum jus quamcunque perfectionis diminutio-nem propulsandi, verum etiam impediendi, ne quid actuali perfectioni detrahatur, conservan-dique, omnia quæ ad perfectionem suam suo-rumque pertinent sive acquisitam sive acquiren-dam, verum etiam 1) jus potentiam suam au-gendi, jus præsidia contra pericula securitatis in-ternæ et externæ procurandi, jus fœdera defen-siva cum aliis ineundi, 2) jus conditionem suam emendandi, adeoque interna instituta reformati-oni, jus ingenii, atque scientiarum et artium cultum, industriam et opes civium promovendi, 3) jus postulandi, ut alii non modo despectum evitent, verum etiam signa bonæ existimatio-nis, tum simplicis tum acquisitæ postulantibus circumstantiis adhibeant.

## II.

### Limites hujus juris.

§. 198. Cum conservatio et perfectio ci-vi-tatis, ejusque membrorum jam velut medium ja-m vero velut finis spectari debeat, evenien-tibus collisionibus curam illarum rerum ad col-lisionum regulas exigendam esse intelligitur. Quare 1) conservatio vitæ et perfectionis om-nium civitatis membrorum, vel majoris eorum par-

partis præferenda est vitæ et perfectioni singularem aut pauciorum, 2) conservatio et emendatio formæ civitatis cuius vinculo membra continentur, non quidem vitæ membrorum, tamquam fini illius vinculi sed tamē conservationi aliorum bonorum præferenda est. 3) Ceteris paribus quævis gens alii se præfert et potior rem dicit, si de æquali perfectione vel jactura agatur.

§. 199. Quod si civitates in eum casum demittantur, unde nisi res et bona aliarum usurpent, exitus nullus detur, utique illæ ex jure necessitatis salutem expedire, et rebus alienis uti aut etiam abuti poterunt, modo limites observent, quos ab singulis hominibus in vitæ discrimine versantibus jus naturæ privatum transfiliri prohibet. Quare alienas naves arripere, detinere, iis uti, aut loca munita et fortalitia occupare, accedere ad portus alienos pro aqua et alimentis, sedes quærere si propriæ ademtæ sunt, emere merces necessarias jure perfecto licet, quoties non commoditas aut mera utilitas sed vera et ineluctabilis necessitas id postulat; modo omnia prius remedia leniora adhibeantur, alter populos pari necessitate non prematur, et, quamprimum potest, plena succedat restitutio vel resarcitio.

# CAPUT ALTERUM.

*Jus gentium naturale hypotheticum.*

---

## SECTIO PRIMA

De juribus gentium circa dominium.

### I.

Quæ res ad gentis dominium pertineant?

§. 200. Dominium gentis cujusque generaliter constituant bona cuncta, quæ quacunque ratione ad civitatem pertinent sive sint publica universorum, sive privata singulorum, adeoque in patrimonio principis vel subditorum posita. Quamquam enim quæ singulorum sunt, non eo ipso simul sunt universorum, privatorum tamen bona quæcunque, quia securitate et tutella publica fruuntur, salutis publicæ causa imperio civili subsunt, hoc respectu in dominio gentis existunt, atque deficientibus dominis fisco cedunt.

§. 201. Quare totus ille terræ tractus, quem populus alicujus civitatis inhabitat, cum locis adhuc vacuis intra ejus limites positis et cum mari accolente quod vocant, i. e. universum territorium ad gentis dominium pertinet. Ad territorium et dominium civitatis cum hujus iuridicis effectibus pertinent non tantum regiones, quæ a gente reapse inhabitantur, verum etiam omnes illi terrarum et aquarum tractus, qui in-

intra limites territorii reperiuntur atque quidquid in eo vel naturæ beneficio existit, vel hominum industria productum, vel casu in illud delatum est.

## II.

### Qua ratione gentes dominium acquirant?

§. 202. Dominium a gentibus non minus quam a singulis, vel originarie per occupationem et accessionem, vel derivative per pacta acquiritur. Per occupationem non tantum acquirit, verum etiam auget territorium et dominium suum gens quævis, modo ad sit res nullius, gensque habeat animum eam suam faciendi et actu in suam potestatem physicam redigat.

§. 203. Solum itaque ab alio populo occupatum occupari nequit, licet populus sit rudis et incultus, nec eo utut fertilissimo recte utatur, modo a læsione abstineat. Neque solus animus ad occupationem sufficit, adeoque non gens, quæ prior voluntatem habendi declaravit, sed quæ tractum domino vacuum in physicam potestatem redegit, et proprietatis characteribus insignivit, eum occupasse dicenda est.

## III.

### Qui fint effectus et limites juridici dominii gentium?

§. 204. Effectus juridici dominii gentium generatim idem sunt ac privatorum §§. 34. 35. 36. Præcipui inter illos sunt: *a)* jura territorialia, vi quorum nemini in territorio existere licet sine concessione imperantis et contra conditiones ab eo stabilitas, *b)* jus provincias oppignoratas re-

lu-

luendi atque per scutum civitatis indicandi, juri in certas regiones renunciatum non esse, c) jus littoris seu jus provisorium in res, in territorii littus delatas, donec verus dominus appareat, jus albinagii, detractus, retorsionis etc.

## SECTIO SECUNDA

### De juribus gentium circa pacta et legationes.

#### I.

##### Jus pactorum publicorum.

§. 205. Pacta publica sunt, quæ gentes tamquam personæ morales et eorum capita, qua talia, horumque mandatarii ineunt, dicunturque generatim fœdera, speciatim vero vel tractatus, vel *fœdera strictius*, vel *guarantiæ* pro diversitate subjecti, circa quod versantur, differuntque a *sponzionibus*, quamdiu hæ non ratihabentur. Cum inter homines in terra convivas nihil sit sanctius societatibus civilibus, sancta quoque sunt pacta publica, quæ inviolabilia esse, communis gentium seu generis humani salutis plurium interest.

#### II.

##### Jus legationum et legatorum.

§. 206. Quia inter gentes fœdera iniri et negotia publica tractari commode nequeunt, nisi missis et admissis hujus rei causa personis, i. e. legatis, ad jura gentium etiam jus legatorum pertinere consequitur. Legati tamquam officiales

les publici et administri reipublicæ atque respectu negotii commissi tamquam mandatarii spectandi sunt, adeoque quoad negotium sibi commissum gentem et principem mittentem repræsentant, et charactere repræsentativo gaudent eumque ubique terrarum secum ferunt. Ex hoc vero charactere legatorum eorumque comitatus ædium et supellectilis independentia, exterritorialitatis et inviolabilitas elucescit.

## SECTIO TERTIA.

### De juribus gentium circa lites et læsiones.

#### I.

#### Modi lites terminandi inter gentes.

§. 207. Gens, quæ vel jam læsa est, vel cui læsio certe imminet, tentatis mediis lenioribus §§. 81—87., incidit in statum defensionis inculpatæ tutellæ, adeoque jus violentiæ (repræfaliarum) et belli nanciscitur §§. 89—96. Sed cum belli exitus sit instar aleæ sed cruentæ, juris gentium interpretes legislationis juridicæ, rationi humanæ insitæ, præcepto nixi, ut nimirum justitia et pax in terra dominetur, adminicula quærunt, quorum usu bella inter gentes plane evitentur.

#### II.

#### An dentur adminicula, quorum usu bella inter gentes plane evitari possint.

§. 208. Adminicula, per quæ juris interpretes bella præcaveri posse existimarunt, an non

non omnia imaginaria, verum quædam realia sunt ? Pertinent ad illa adminicula ; 1) Grotii conventus universalis gentium christianarum, 2) Gundlingii aliorumque monarchia aut civitas universalis, 3) responsa Ictorum a Thoma-sio commendata, 4) fœdera gentium ad cogen-das partes, ut æquis rationibus lites componant, congressus gentium, in quo ab electis arbitris lis decidatur, partesque sententia stare a ceteris co-gantur.

### III.

**Causa justifica belli inter gentes. An pacti pacis et amnestiæ valor ex intervallo impugnari possit ?**

§. 209. Quamdiu ejusmodi gentium mora-tarum fœdus et congressus non exstat, gentes tentatis mediis lenioribus jura belli auxilio per-sequi coguntur. Sed etiam inter gentes sola læ-sio aliter indeclinabilis, non vero crescens gen-tis potentia, aut ab ea facta æquilibrii turbatio tamquam res tremenda *justifica est belli causa*, hocque omnibus juste belligerentibus propositum esse debet, ut pacem permanentem procurent; quare pacta bellica (induciæ, armistitia, salva guardia, capitulationes etc.) sancte servanda sunt, et ipsum pacis pactum huicque adjuncta amnestia, cum transactionis vim habent, tam-quam vi et metu extorta impugnari et frangi jusfe nequit.

# HISTORIA ET LITTERATURA

## JURISPRUDENTIAE NATURALIS.

De fatis et scriptoribus juris naturalis coram. Græci, Romani, Patres ecclesiæ, Glosfatores. Grotius, Puffendorfius, Hobbesius, Thomasius, Gundlingius, Kœhlerus, Wolfius ejusque sequaces, Martini, Schröder etc. etc. Rousseauius, Kantius cum suis præcursoribus Huffelandio, Jacobo etc. et sequacibus Reine-ro, Tieftrunkio, Raudenitzio etc. etc.

### Monumentum

#### ingenii

## Philosophiae dogmaticæ et moralis

ab auctore per 30 annos traditæ.

# Errata ex Philosophia practica universali.

Pag.	7	Lin.	26	perniciosa	adde esse.
—	13	—	1	loco ominis	lege hominis.
—	18	—	4	confilium	— confilii.
—	—	—	4	genus	— generis.
—	23	—	14	abligantis	— obligantis.
—	26	—	1	essentialis	— essentiali.
—	32	—	2	vea	— vera.
—	38	—	15	conspicua	— conspicua sit.
—	39	—	12	regnant	— regant.
—	45	—	3	religiosos	— religiosos.
—	48	—	18	generact	— generat.
—	49	—	24	obnoxiae	— obnoxii.
—	51	—	21	cuique	— cuiquam.
—	69	—	20	est	— esse.
—	73	—	13	illarum	— illorum.
—	77	—	18	conditione	— cognitione,
—	95	—	9	quorum	— quarum.
—	96	—	3	vicaria	adde historia.
—	98	—	16	loco præstantiam	lege præsentiam.
—	101	—	23	diduxerent	— diducerent.
—	—	—	25	Ontologia	— Ontologiae.
—	103	—	1	mixta	— mixtae.

# Errata ex Ethica philosophica.

Pag.	7	Lin.	16	vivendi	adde doctrinam.
—	24	—	14	loco turbulentius	lege turbulentis.
—	27	—	20	deleatur quare.	—
—	39	—	9	loco officiorum	beneficiorum,
—	51	—	6	cujus	cujas.
—	63	—	8	spiritus	spiritu.
—	68	—	25	ad evitantis	adde ponant.
—	73	—	27	loco fitipidis	lege fitipitis.
—	80	—	1	qui	— quin.
—	100	—	5	crescit	— crescat.
—	—	—	27	sumtiosis	— sumtuofis.

# Errata ex jurisprudentia universali.

Pag.	9	Lin.	7	loco privativum	lege privatum.
—	—	—	8	statuarium	— statutarium.
—	17	—	16	invicibilem	— invincibilem.
—	44	—	14	saluto	— soluto.
—	46	—	12	laesiones	— laefionis.
—	63	—	2	minoribus	— minorum.
—	78	—	25	civitatis	— civitatis.

Lists ex Bibliopoliis Bellicis

al	armamentis	—	27
al	armamentis	—	28
al	armamentis	—	29
al	armamentis	—	30
al	armamentis	—	31
al	armamentis	—	32
al	armamentis	—	33
al	armamentis	—	34
al	armamentis	—	35
al	armamentis	—	36
al	armamentis	—	37
al	armamentis	—	38
al	armamentis	—	39
al	armamentis	—	40
al	armamentis	—	41
al	armamentis	—	42
al	armamentis	—	43
al	armamentis	—	44
al	armamentis	—	45
al	armamentis	—	46
al	armamentis	—	47
al	armamentis	—	48
al	armamentis	—	49
al	armamentis	—	50
al	armamentis	—	51
al	armamentis	—	52
al	armamentis	—	53
al	armamentis	—	54
al	armamentis	—	55
al	armamentis	—	56
al	armamentis	—	57
al	armamentis	—	58
al	armamentis	—	59
al	armamentis	—	60
al	armamentis	—	61
al	armamentis	—	62
al	armamentis	—	63
al	armamentis	—	64
al	armamentis	—	65
al	armamentis	—	66
al	armamentis	—	67
al	armamentis	—	68
al	armamentis	—	69
al	armamentis	—	70
al	armamentis	—	71
al	armamentis	—	72
al	armamentis	—	73
al	armamentis	—	74
al	armamentis	—	75
al	armamentis	—	76
al	armamentis	—	77
al	armamentis	—	78
al	armamentis	—	79
al	armamentis	—	80
al	armamentis	—	81
al	armamentis	—	82
al	armamentis	—	83
al	armamentis	—	84
al	armamentis	—	85
al	armamentis	—	86
al	armamentis	—	87
al	armamentis	—	88
al	armamentis	—	89
al	armamentis	—	90
al	armamentis	—	91
al	armamentis	—	92
al	armamentis	—	93
al	armamentis	—	94
al	armamentis	—	95
al	armamentis	—	96
al	armamentis	—	97
al	armamentis	—	98
al	armamentis	—	99
al	armamentis	—	100



Lists ex Imprimatis Bellicis

al	armamentis	—	77
al	armamentis	—	78
al	armamentis	—	79
al	armamentis	—	80
al	armamentis	—	81
al	armamentis	—	82
al	armamentis	—	83
al	armamentis	—	84
al	armamentis	—	85
al	armamentis	—	86
al	armamentis	—	87
al	armamentis	—	88
al	armamentis	—	89
al	armamentis	—	90
al	armamentis	—	91
al	armamentis	—	92
al	armamentis	—	93
al	armamentis	—	94
al	armamentis	—	95
al	armamentis	—	96
al	armamentis	—	97
al	armamentis	—	98
al	armamentis	—	99
al	armamentis	—	100